



# **Specimen historico-juridicum inaugurae quo inquiritur, quatenus delinquenti liceat gratiam recusare**

<https://hdl.handle.net/1874/340448>

QUATENUS DELINQUENTI LICEAT  
GRATIAM RECUSARE.

SPECIMEN HISTORICO - JURIDICUM

QUO INQUIRITUR,

QUATENUS DELINQUENTI LICEAT  
GRATIAM RECUSARE.

SOLLENTUS RECUSAT S. SUBTINGAR,

AN. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23.

Die ersten beiden Zeilen sind wahrscheinlich  
aus dem vorigen Blatt übergeschrieben.

### WILHELM.

Werden die Kinder Gottes verachtet und  
leidet, aber die den Geburtsfeier wiedergewa-  
hrten, haben den Heiligen Geiste haben, der  
heilige Geist ist der Heilige Geist, der im Menschen, in  
sein Verstand zu machen ist dieses Geist.

Nach

seiner heiligen Heiligen-Heiligen

der Menschen

GOTTES-DERLICHKEIT LIEGT  
GOTTES RECHEN

L.

SPECIMEN HISTORICO - JURIDICUM INAUGURALE

QUO INQUIRITUR,

QUATENUS DELINQUENTI LICEAT  
GRATIAM RECUSARE.

QUOD,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

**GEORGII GUILIELMI VREEDE,**

JUR. ROM. ET HOD. DOCT. ET PROF. ORD.

N E C N O N

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

E T

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

**Pro Gradu Doctoratus**

SUMMISQUE

IN JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AG PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO - TRAJECTINA

RITE AG LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

**GUILIELMUS HENRICUS SURINGAR,**

LEOVARDIA - FRISIUS.

A. D. XX. M. JUNII A. MDCCXLV, HORA II.

---

Trajecti ad Rhenum  
APUD KEMINK & FILIUM, TYPOGR.

MDCCXLV.



PATRI OPTIMO, CARISSIMO,

ET

VIRO AMPLISSIMO

F R A N C I S C O D E G R E V E

SENATUI SUPREMO ADSCRIPTO;  
QUONDAM IN ATHENAEO FRANQUEBANO JURIS ROMANI  
ET MODERNI PROFESSORI,

PRAECEPTORI EGREGIE DE ME MERITO,

S A C R U M.

ЛЯТЬ ОЧИНО, ОЧИСИМО

ОЧИСТИХ ОЧИ

ЛЯКИБОО НУ ГРЕАЕ

P R A E F A T I O.

---

*Quaestio, quae ad scribendum nos impulit, non nova quidem 1), sed super magna animorum contentione in Patria nostra agitata 2), argumentum dissertationis idoneum praebere videbatur, in quod accuratius pro virium nostrarum tenuitate indagaremus. Sed et apud exteros recentiori aetate casus non defuerunt, in quibus damnati gratiam recusarent, ita ut omnino definitum videatur, quid hac de re ex juris publici et*

---

1) Quippe tractata a. V. V. CL. GERSTED, WAECHTER, TRUMMER, aliis.

2) Occasione gratiae capitis damnatis H. FOX & A. VAN LUIK indultas, qui noluerant ad Regem se convertere. Intercessit vero motu proprio Rex qui, auditu Senatu Supremo, poenam mortis remisit, aliamque irrogavit ex lege mitiorem, reis frustra reluctantibus. Cfr. Handelsblad 23 Oct. 1844. Arnhemsche Courant 18 Sept., 5 Nov. & 26 Nov. 1844. Weekblad van het regt 14 Nov. 1844, No. 547.

*criminalis principiis statuendum sit. — Superiori saeculo tale exemplum detrectatae gratiae invenimus in Anglia. Fuerant ad mortis poenam A. 1789 quae-  
dam mulieres condemnatae, quarum poenam Rex ita mitigavit, ut illarum deportationem ad vitam in coloni-  
iam Botany-Bay juberet. Ex his quinque aegre post duorum mensium intervallum poenae mutationem passae sunt. Sexta vero, virgo duodeviginti annos nata, gratiam constanter aspernabatur, ita ut dies ipsi indiceretur, quo poena capitalis esset subeunda. Tandem vero defensoris monitis cessit, agnoritque errorem suum 1).*

*Paucis annis post, in Patria nostra in conventu Delegatorum Populi, occasione amnestiae generalis, post varios tumultus mense Decembri A. 1798 de-  
cretae 2), dubia mota fuerunt de hujus abolitionis applicacione. In qua disceptatione primas egit par-  
tes Appelius, V. A. — Erant qui dicerent, hoc be-  
neficium invitis obtrudi non posse: judicium esse dam-  
nati, utrum illo uti vellet, neene 3).*

1) *Cfr. Annalen der Britischen Geschichte des Jahrs 1789 von J. W. von ARCHENHOLZ. Carlsruhe, 1790, III p. 31 seq.*

2) *Cfr. Dagverhaal der Handelingen van het Vertegenwoor-  
digend Lichaam des Batavafschen Volks. No. 348 pag. 1006—  
1011. Rapport van den Burger APPELIUS (Vergadering van 13  
Febr. 1799, Dagv. No. 362). Vergadering van 22 Febr. 1799.  
Deliberatio over het Rapport van den Burger APPELIUS c. s. p.  
1117—1119.*

3) « Daar deze alleen beoordeelen moet in hoever de veran-

*Viderunt et rejectae veniae exempla saeculo nostro Borussia 1), Suecia 2), Francia 3), Belgium Meridionale 4), non uno effectu. Nimirum in Borussia, Francia, Belgio vicit, uti apud nos, auctoritas Regia, in Suecia non item, cuius Lex Fundamentalis*

---

dering van straf eene weldaad zij, welke hem, zynes ondanks, niet behoort te worden opgedrongen — en dat de Gesententiēerde alleen kan oordeelen, of de commutatio zyner straf eene ware verligting zij.” — «Dan hieromtrent merken wij vooreerst aan, dat het in de meeste gevallen zeer gemakkelijk te beoordeelen is, welke straf meer of min zwaar zij, en dat menschhunde daaromtrent zulke regelen aan de hand geeft, dat de geheele bedenking bijna tot niets vervalt.” — Dagr. No. 414, p. 318—322. Zitting van 1 April 1799.

1) *Exstat ea de re rescriptum Regium A. 1813.*  
 2) *Exemplum editoris Ephemeridum LINDBERG, rei laesae majestatis (A. 1834). Vid. Archiv des Crim. R. 1836. Cfr. Lex Imperii 7 Junii 1809 § 25. “Der Koenig hat bei Verbrechen das Begnadigungsrecht, mildert Lebensstrafe, und stellt Ehre und an die Krone verwirkte Gueter wieder her. Doch musz bei Ansuchen um Begnadigung der höchste Richtersthul gehört werden, und der König faszt seinen Beschluss im Staatsrath. Auf die Verbrechungsart soll es sodann ankommen, die Gnade zu empfangen, welche der König gewährt, oder die strafe zu erleiden, wozu sie verurtheilt worden”; laudatu apud RÖLITZ. (Die Europäischen Verfassungen seit dem Jahre 1789 bis auf die neueste Zeit; III, p. 75.)*

3) *In Francia Ludovicus Philippus A. 1839 sponte sua poena mortis substituit illam operis publici in favorem damnati BARBÈS. Scilicet existimabat Rex “que le droit de grâce dérivait uniquement de sa prérogative, qu'il usait de son droit constitutionnel. — Voulant préférer miséricorde à la rigueur des Lois.” Cfr. Gazette des Tribunaux 15 & 16 Juillet 1839, No. 4322.*

4) *Seditionis A. 1843 frusta motae auctoris v. d. MEERE et criminis sociorum poena per varia Regis decreta mutata fuit, quamvis gratiam non petivissent damnati.*

tribuit quidem Regi jus gratiae, nec tamen tale quod et non petenti, quin recusanti beneficium largiri possit. Ut ne actum ageremus, videbatur paullo aliter quaestio aggredienda, quam hactenus in Patria nostra, duce in primis cl. Oersted, a Cons. Buma, Vollenhoven, aliis fuerat factum. — Nemirum usi sumus disquisitione historica, ut quae sensim paullatimque apparuit in jure gratiae utilitatis publicae vis, cum beneficio conjuncta, viam solvendae difficultati sterneret 1). — Qua in re quid praestiterimus, judicet aequus ac benevolus lector.

1) *Utilitatis publicae elementum in praerogativa exercenda in primis conspicuum est in lege Americana 12 Mart. 1794. «That it shall and may be lawful for the person administering — the time being, in all cases in which he is authorized by the constitution (exclusa erat gratia in causa proditionis & homicidii meditati) to grant the same upon such conditions, and with such restrictions, and under such limitations as he may think proper.” An act concerning Pardons. Laws of the state of New-York vol. III, Albany 1800 p. 53.*

## Caput Primum,

CONTINENS DISQUISITIONEM HISTORICAM DE  
INDOLE ET NATURA JURIS GRATIAE.

### § 1.

*Jure Romano.*

In tractando arguento nostro ut ordine procedamus, primum nobis erit inquirendum, quaenam apud Romanos Juris Gratiae fuerit notio<sup>1)</sup>. Legitima sub Imperatoribus demum obtinuit formam illud institutum. Lege nempe ipsa tum fuit recep-

<sup>1)</sup> Silentio paene praeterit cons. w. g. BUMA in diss. de Jure Gratiae Gron. 1823. p. 91, ea, quae apud Romanos circa gratiam juris fuerunt. Mecum convenit, imperatores Romanos hoc jure sensu latissimo fuisse usos. — Cfr. vero MATTHAEUS de Criminibus ad L. 48. D. tit. XIX. cap. V de Indulg. Principis; PUTTMANN Advers. Jur. Univ. cap. XV. Lipsiae 1775. v. WICKEVOORT CROMMELIN: diss. de Jure Principis in minuendis vel remittendis delictorum poenis. L. B. 1822. pag. 34—45.

tum. Populus quidem Romanus ipse libera republi-  
ca reis interdum ignoverat et damnatos restituerat  
ob merita singularia vel multitudinem delinquen-  
tium, teste Cicerone <sup>1)</sup>). Caussa vero, cur illis  
temporibus legibus de Jure Gratiae nihil constitu-  
tum esset, quaerenda mihi videtur in appellatione  
sive provocatione ad populum, quae cuivis patebat  
condemnato <sup>2)</sup>). — Quaenam porro philosophorum  
Stoicorum in Jurisprudentiam Romanam fuerit  
vis, notum. Gravis et austera eorum disciplina  
omnem excludebat gratiam. Cautē igitur Roma-  
ni, illi dediti philosophiae, videbant ne nimia in-  
dulgentia legis auctoritas minueretur. Ut omnis  
fere argumenti juridici, sic et nostri principia in  
Jure Romano inveniuntur. Ac primum quidem  
fuisse *Beneficium, reo nullo cogente jure indul-*

<sup>1)</sup> Vid. Philippica II. 23. « Resituebat multos calamito-  
sos..... Licinium Lenticulam, de alea condemnatum,  
« collusorem suum, restituit..... At vir bonus et republi-  
ca dignus. Nihil quidem ad rem: ego tamen, quoniam  
« condemnatum esse, pro nihilo est, ignoscere..... qui  
« in integrum restituit, is non apertissime studium suum  
« ipse profitetur?» Huic instituto ceteroquin Cicero non fa-  
vebat, cum in perditis civitatibus tantum obtinere dicat.  
In Verrem. Act. II. Lib. 5. c. 6. « Perditae civitates, de-  
« speratis omnibus rebus, hos solent exitus exitiales habere,  
« ut damnati in integrum restituantur, vinciti solvantur, exiles  
« reducantur, res judicatae rescindantur. Quae cum accidunt,  
« nemo est, quin intelligat, ruere illam rem publicam.”

<sup>2)</sup> Quod affirmat DE CANDOLLE, Diss. du droit de Grâce,  
Genève 1829, p. 33 seq.

*tum, salutis rei imprimis rationem habitam fuisse*, iis, quae sequuntur, abunde confirmabitur.

I. Beneficium hocce concedebatur a Principe summi imperii vi; ejus enim voluntas pro lege observabatur.

Libera Republica tribunis plebis intercedendi jus fuerat. Introducta monarchica regiminis forma Imperatores retinuerunt jus, quod nonnisi potestatis tribuniciae in eos translatae erat sequela. Sed intercessionis Principum effectus longe efficaciores fuisse et gratiae jus magis magisque fuisse auctum et extensum, non est, quod miremur. Seilicet tribunorum plebis intercessio temporaria reum contra institutam accusationem defendebat; perpetua vero Imperatoris intercessio non solum accusationem repellebat, sed etiam inquisitionem judicialem extinguebat, delebat<sup>1)</sup>. Imperatores cum omnia munera publica ac summam potestatem paullatim sibi arrogassent, supra judices et leges erant. Quae illis erat poenas ampliandi vel mitigandi facultas<sup>2)</sup> jus quoddam

1) Cfr. GEIB, qui processus criminalis Romani historiam accurate exposuit, (Gesch. des Röm. Crim. Process. bis zum Tode Justinian's, Leipzig 1842. pag. 370 seq.) «Und sie (die intercession der Kaiser) gewährte nicht blos eine Aufhebung der Anklage, sondern eine Niederschlagung der Untersuchung, eine förmliche Begnadigung (venia, indulgentia) wegen des Verbrechens selbst.”

2) Cfr. PAULUS in I. 45. § 1. D. de Re Judicata (42. 1.)

appellationis a judice ad Principem magis consti-  
tuebat, quam quidem gratiae jus <sup>1)</sup>.

Quanta Imperatoris fuerit potestas e legibus ip-  
sis patet <sup>2)</sup>. Frustra ab adversariis leges nonnul-  
lae in contrariam afferuntur sententiam. Gene-  
ralia tantum continent verba vel de speciali casu  
agunt <sup>3)</sup>. Jus aggratiandi Principis pars vere  
ejus juris erat, quod ipsi, summa rerum fruenti,  
qua tali competebat, *privilegio* nempe singu-  
lari juri communi derogandi. — Unde Themis-  
tius in orat. XIX eleganter: «Solius principis  
esse ex inferorum vestibulo reducere in lucem;”  
et Seneca de Clem. C. V. «Occidere contra le-  
gem nemo non potest, servare nemo praeter me.”

« De amplianda vel minuenda poena damnatorum post di-  
“ctam sententiam, sine *principali* auctoritate nihil est sta-  
“tuendum.”

1) BE CANDOLLE pag. 34.

2) «Princeps legibus solutus est” l. 31. D. de legib. (I. 3.) —  
«Quod Principi placuit legis habet vigorem” l. 1. pr. D. de  
Const. Princip (I. 4.) — «Plane ex his quaedam sunt perso-  
nales nec ad exemplum trahuntur; nam quae Princeps ali-  
cui ob merita indulxit, vel si quam poenam irrogaverit, vel  
si cui sine exemplo (i. e. sine ulla causa) subvenit.” l. 1. § 2.  
eod.

3) Vid. l. 18. § 1. D. de Judic. (V. 1.) in verbis «ne im-  
punita sint maleficia.” — l. C. 14. de Poenis (IX. 47.)  
«Cum non remitti poenam facile publice intersit: ne ad  
maleficia quisquam prosiliat.” — l. 6. Cod. de Cohort.  
(XII. 58.) «Veniam enim talibus non permittimus, nec in-  
dulgentiis crimina sublevamus.”

Nulli alii illud remittendi fuit jus, non judici, non provinciarum Praesidibus<sup>1)</sup>. — Jus publicum Romanum Imperatori illam a lege deflectendi facultatem sine ulla restrictione dabat, ita ut pro lubitu se caussis adhuc pendentibus tam civilibus quam criminalib[us] immiscere, finem ipsis *contra legem* imponere posset<sup>2)</sup>. — Quam frequens senten-

<sup>1)</sup> L. 4. D. de Poenis (XLVIII. 19.) « Relegati sive in insulam deportati, debent locis interdictis — nemo potest commicatum, remeatumve dare exuli, nisi *Imperator*, ex aliqua causa.” I. 9. § 11. eod. « Et si forte hujusmodi sententia fuerint affecti (Decuriones nempe) liberandi erunt: sed hoc non potest efficere qui sententiam dixit, verum referre ad *Principem* debet, ut ex auctoritate ejus poena aut permutetur aut liberetur.” I. 27. cod. « Divi Fratres Harruntio Siloni rescripserunt, non solere *Praesides Provinciarum* ea, quae pronuntiaverunt, ipsos rescindere. Vetinae quoque Italensi rescripserunt, suam mutare sententiam neminem posse; idque insolitum esse fieri. Si tamen de se quis mentitus fuerit, vel cum non haberet probatum instrumenta, quae postea repererit, poena afflictus sit: nonnulla exstant *Principalia Rescripta*, quibus vel poena eorum minuta est, vel in integrum restitutio concessa, sed id duntaxat a *Principibus* fieri potest.” I. 31. §. 1. eod: « Ex provincia autem in provinciam transduci damnatos sine permisso *Principis* non licere, Divus Severus et Antoninus rescripserunt.” Quaesitum tamen fuit, num Jure Romano iudex, postquam sententia dicta ac poena determinata esset, retractare sententiam ac damnatum restituere potuerit. Faciunt hic interpretes Juris Romani discrimen *Restitutionem* inter *Gratiae* et *Justitiae*. Qua de re vid. LEYSER Medit. ad ff. Lipsiae 1747. de Restit. damnatorum, pag. 452 seq.

<sup>2)</sup> Cfr. MAREZOLL, Das Gemeine Deutsche Criminalrecht,

tiarum criminalium fuerit rescissio ex Imperatoris voluntate, patet ex eo, quod speciatim alicui magistro scriniorum mandatum esset officium rescripta illa specialia, quibus *beneficium* illud concederetur, conficiendi<sup>1)</sup>. Deinde, licet Imperatorum nimia hac in re fuerit licentia, magna tamen ab altera parte habuisse commoda institutum nostrum, nemo negabit.

Remedium saepe erat quo miseris succurrebatur, atque appellationis via a judicis sententia nimis severa aperiebatur. Sed et beneficii solebant, uti et hodie, rationes, caussae memorari. «Indulget autem Princeps non solum ob aliquam probabilem caussam, veluti ob vitae ante actae merita, ob insigne artificium, aetatis commiseratione, et si quae similes, sed etiam sine ulla caussa<sup>2)</sup>». Porro in crebris bellis civilibus ac seditionibus quot

Leipz. 1841. § 55. (Von der Begnadigung pag. 167.) l. 31.  
D. de legibus. (1. 3.) «Augusta autem licet legibus soluta non est, Principes tamen eadem illi *privilegia* tribuunt, quae ipsi habent».

1) In Notitia Dignitatum Imperii Rom. memorantur *Scrinia libellorum*, uti et *magistri beneficiorum*. Cfr. GUIZOT, Cours d'Hist. Mod. Éclairciss. et Tabl. Histor. p. 160, 164.

2) MATTHÆUS, Op. l. c. V. de Ind. Princep: MAREZOLL, Op. l. p. 169. «Allein Abolitio bezeichnete auch den, von dem Staatsoberhaupt, auf Bitten des Angeklagten, erlassenen Befehl, dasz die Accusatio ausgesetzt werden solle».

victis salutem praebuit abolitio generalis! Saepissime certe Imperatores eo usi sunt jure, ne toti civitati nocerent. — Sunt vero, qui in hujus instituti introductione civitatis Romanae ad interitum vergentis documentum inveniant. Nimurum hinc quoque efficiunt, omnem tunc periisse libertatem et populi Romani et Senatus, atque arbitraria prorsus ratione illo jure abusos fuisse Imperatores; — nullam judiciorum criminalium certitudinem mansisse, remque judiciariam a sola Principis voluntate pependisse<sup>1)</sup>). — Quidquid ejus rei sit, profecto summa illa Imperatoris potestas consentanea videbatur imperii magnitudini. Religio quoque Christiana, procedente tempore, mitiora docebat et suadebat clementiam, poenarum remissionem. Nec alia desunt. Multae rationes, quae hodie gratiae usum requirunt, illis etiam exstiterunt temporibus. Leges, ex humano natae ingenio, non magis quam hodie perfectae erant, neque igitur semper, servata naturali aequitate, applicari poterant. Qui casus tamen rarer erat. Nam in caassis criminalibus quod remedium juris erat extraordinarium, adsimilari posse videtur in integrum restitutioni praetoriae in caassis civilibus<sup>2)</sup>. Res

<sup>1)</sup> DE DOMPIERRE, Examen du droit de Grâce; Lausanne 1823. p. 40—42.

<sup>2)</sup> Cfr. MAREZOLL, Op. laud, p. 163. adnotat. 3.

judicata pro veritate accipiebatur; aurea quae regula quum valeret, sententia judicis nonnisi graves ob caussas rescindi solebat. Generaliter poena, quae irrogata per sententiam erat, non retractabatur, sed executioni mandabatur.

II. Beneficium concedebatur servato certo procedendi modo, quo Principis indulgentia petebatur.

Postquam quis sive nocens sive innocens a judeice condemnatus esset, de eo actum erat, nisi ad Principem se converteret. Qui modus indicatur in tit. XIX Lib. 1 C. *de precibus Imperatori offerendis et de quibus supplicare liceat vel non.* Quocirca libello quodam aliove modo Principis intercessionem invocabat supplicans <sup>1)</sup>. Sed et poterant alii, uti amici et necessarii vel judex ipse, qui poenam nimis severam existimat, pro ipso apud Principem intercedere; quin et Princeps proprio motu reo succurrebat nonnumquam <sup>2).</sup> «Saepius autem fiebat, ut abolitio non

1) Cfr. l. 7. C. *de Precibus.* «Rescripta contra jus elicita ab omnibus judicibus refutari praecipimus: nisi forte sit aliquid quod non laedat alium et prosit petenti, vel crimen *supplicantibus* indulget». — Quod etiam luculentter patet e l. 1. 7. C. *de Abol.* (IX. 42.) «*Supplicatione* «vero porrecta nutui Principali, praefata abolitione sopia tum crimen ab eadem persona revocari potest».

2) Quod patet e l. 1. pr. D. *de Const. Princip:* «vel si cui sine exemplo subvenit». MATTHEIUS, «Indulget autem princeps

modo haud potentibus, sed nihil etiam tale sperantibus concederetur. Beneficium illud abolitionis publicae nomine insigniebatur 1).” Ut rescripto Princeps respondebat ad privatorum aut civitatis libellos cuiusque generis et ad magistratum jucumque relationes, sic ad libellum rei vel propinquorum supplicem. Quae rescripti forma erat duplex, solemnis per rescriptum speciale, minus solemnis per annotationem 2). *Rescripti* verbum, quo vulgo illud tribuebatur beneficium, variis locis invenitur 3).

Gratiā beneficium fuisse, liquet

### III. Ex variis verbis, quibus in legibus indicatur 4).

---

et sine ulla causa; MAREZOLL p. 167 seq. Cfr. I. 5. § 2. C. ad leg. Jul. Maj. « denique jubemus etiam eos notabiles esse sine venia, qui pro talibus unquam apud nos intervenire tentaverint.”

1) Cfr. PUTTMANN, Op. I. p. 233.

2) Cfr. I. 1. C. de precib. Imper. off. (I. 19.) « Licet servilis conditio precis facile capax non sit: tamen admissi sceleris atrocitas et laudabilis fidei exemplum super vindicanda caede domini tui, nobis hortamento fuit, ut praefecto praetorio juxta annotationis nostrae decretum demandarimus, quem adire cura”. — MATTHÆUS: « Indulgentia principis perimit crimen cum is per annotationem suam, vel speciali rescripto poenae gratiam reo facit, plenaque securitate supplicem donat.”

3) Cfr. I. 27. D. de Poenis (48. 19.) « Si tamen — nonnulla exstant principalia *Rescripta*, quibus vel poena eorum minuta est vel in integrum restitutio concessa. I. 7. C. de precib. « *Rescripta contra jus elicta.*”

4) De beneficio gratiae s. indulgentiae cfr. et n. GROTIUS IN

Nimirum occurruunt promiscue *gratia*, *indulgentia*, *remittere*, *venia*, *beneficium*, *munus*. Brissonius de singulis plura habet. Sic *gratia* pro gratificatione usurpatur <sup>1)</sup>). *Gratiā* facere est remittere, indulgere et, ut hodie loquimur, dispensare. *Gratiā* facere jurisjurandi. *Gratiā* facere sententiae, i. e. condemnationem abolere <sup>2)</sup>). *Gratiā* facere decreti, i. e. poenae decreto statutae <sup>3)</sup>). Ita quoque Suetonius in vita Domi-

---

libello de *aequitate*, *indulgentia* et *facilitate* c. 2. n<sup>o</sup> 7. « *Virtus* est haec *indulgentia* et *beneficentiae* speciem habet, quia homines onere non omnino necessario sublevat.”

1) Ut in I. 79. § 1. D. de Judic. (V. 1.) « *Judicibus* de jure dubitantibus Praesides respondere solent. De facto consulentibus non debent Praesides consilium impertire, verum jubere eos, prout religio suggerit, sententiam proferre: haec enim res nonnumquam infamat, et *materiam gratiae* vel ambitionis tribuit.” I. 1. § 14. init. D. si quid in fraudem patr. (38. 5.) « *Sed si rem quidem bona fide venderit et sine ulla *gratia* libertus, pretium autem acceptum alii donavit: videndum erit, quis Faviana inquietetur, utrum qui rem emit, an vero is qui pretium dono accepit?*”

2) Cfr. I. 4. C. de sent. pass. et rest. (IX. 51.) « *Tutor* filiorum (suorum), quorum te honorum possessionem accepisse dicis, in metallum damnatus, et postea ex indulgentia generali regressus, quamquam locupletior sit, actione tutelae administratae tibi non tenetur si non *ex gratia* sententiae facta, specialiter statum pristinum cum bonis omnibus recuperaverit”.

3) Cfr. I. 1. § 27. D. de Quaestionibus (48. 18.) « *Si quis* ultro de maleficio fateatur, non semper ei fides habenda est: nonnumquam autem aut metu, aut alia de causa in

tiani C. XIV: Gratiam facere Edicti. Idem in vita Augusti C. XVI. « Bononiensibus quoque publice, quod in Antoninorum clientela erant, *gratiam* fecit conjurandi cum tota Italia pro partibus suis". Sallustius in Catil. c. 52 « qui mihi nulli delicti *gratiam* fecissent." Livius, Hist. Lib. III, 1. 5. 6. « Omnia, quae impie nefarieque per biennium alia super alia ausus es, *gratiam* facio." Quin etiam doceri potest, verbum *Gratiae* Romanos usurpasse latissimo sensu, ut et jus illud, quale hodie summo Imperanti hic et illic tribuitur significet, et varias species, nempe abolitionem, remissionem, poenae permutationem, restitutionem in integrum (Réhabilitation) contineat.

2. *Indulgentia* sive benigna concessio, per quam poenae liberatio contingit. *Indulgentia* pro quavis gratia et beneficio quounque accipi debet. Beneficium Imperatoris est, quod a divina ejus indulgentia proficiuntur<sup>1)</sup>. In permultis Digestorum et Codicis locis, (de sententiam passis (i. e. condemnatis) et restitutis, de Generali Abolitione,

se confitentur. Et exstat epistola Divorum Fratrum ad Vesonium Saxam, qua continetur, liberandum eum, qui in se fuerat confessus, cuius post damnationem de innocentia constitisset, cuius verba haec sunt.... potes itaque decreti *gratiam facere.*"

1) Cfr. I. 3. D. de Const. Princ. « Beneficium Imperatoris, quod a divina scilicet ejus indulgentia proficiuntur, quam plenissime interpretari debemus."

de Constit. Princip. et in primis in tit. Codicis Theodosiani de Indulgentiis Criminum) occurrit. *Criminum* i. e. poenarum indulgentia etiam invenitur 1). Ita deportati, in metallum damnati, aut alias servi poenae effecti, indulgentia Principis restitui dicuntur 2).

Indulgentia ad contumaciam abutit 3). Indulgentia nostra crima extinxit 4).

Indulgentia Principis dignitatem recuperavit deportatus 5).

Indulgentia principali libertatem consequitus, qui servus effectus erat 6).

Si damnati per omnia in integrum indulgentia principali restituantur 7).

1) Cfr. I. 6. C. de Cohort. (XII. 53.) «Veniam enim talibus non permittimus, nec *indulgentias criminum* sublevamus».

2) I. 2. I. 3. I. 11. C. de Sent. pass. (IX. 51.) I. 24. § 5. D. de fideic. libert. (40. 5.) I. 4. C. de bonor. proscript. (IX. 49.) I. 11. D. de alim. vel cib. (XXXIV. 1.).

3) I. 3. C. Theod. de exactionib. (IX. 3.)

4) I. 2. C. de Gener. abol. (IX. 43.) «Cum eo tempore, quo *indulgentia nostra* crima extinxit, accusatio a te instituta non fuerit: publicae abolitionis praescriptio cessat».

5) Cfr. I. 2. D. de Sent. pass. et rest.

6) Cfr. I. 30. D. de Oblig. et act. (XLIV. 7.)

7) Cfr. PAULUS Sent. L. IV. tit. 8. § 24. «Ab hostibus captus, neque sui, neque legitimi heredis jus amittit post liminio reversus. Quod et circa eos, qui in insulam deportantur vel servi poenae effecti sunt, placuit observari, si per omnia in integrum *indulgentia Principali* restituantur?»

Restitutus ex indulgentia Principis qui septem annos in desertione egerat <sup>1)</sup>.

Si deportationis in insulam veniam indulgentia nostra consequuta <sup>2)</sup>.

3. *Remittere.* Remittere poenam <sup>3)</sup>; remitti poena <sup>4)</sup>; remissa poena <sup>5)</sup>.

4. *Venia.* Sententiae: i. e. poenae remissionem consequuta <sup>6)</sup>.

5. *Beneficium.* Ut in lege 2 C. de his qui sibi

<sup>1)</sup> Cfr. l. 5. C. de re milit. (XII. 36.)

<sup>2)</sup> Cfr. l. 12. C. de sent. pass. (IX. 51.)

<sup>3)</sup> l. 2. D. si quis in jus voc. non ierit (II. 5.) «Item si nihil intersit actoris, eo tempore in jus adversarium venisse, remittit Praetor poenam; puta, quia feriatus dies fuit.”

<sup>4)</sup> Cfr. l. 2. C. de his, qui sibi adscrib. in testamento (IX. 23.) «Quod si testamentum dictasse codicillis significavit, legato quidem vel fideicommisso abstinere debes: poena vero falsi tibi Principali beneficio remittitur.” l. 14. C. de Poenis (IX. 47.) «Cum non remitti poenam facile, publice intersit.” l. 15. § ult. D. ad leg. Corn. de falso (43. 10.) «Placet testamentario poenam legis Corneliae remitti.” l. 6. §. 7. D. de re milit. (49. 16.) «Per vinum, aut lasciviam lapsis, capitalis poena remittenda est, et militiae mutatio irroganda” et l. 15. §. 3. D. testam. milit. (29. 1.) «Si quis se scribat heredem in testamento militis, non remittitur ei Senatusconsulti poena.”

<sup>5)</sup> Cfr. l. 3. D. de Sent. pass. «In insulam deportati bona fiscus poena remissa retinuit”.

<sup>6)</sup> Cfr. l. 4. C. de his, qui sibi (IX. 23.) «Quae in testamento uxoris sua manu legata sibi adscriperit, pro non scriptis habentur: et legis Corneliae poena, si venia imperata non est, locum habet;” et l. 12. C. de Sent. pass. «Si deportationis sententiae veniam indulgentia nostra consequuta suam recepit substantiam”.

adscribunt in testamento «Poena vero falsi tibi Principali beneficio remittitur.” In lege 9. C. de calumn. (IX. 46) «Non publica (quidem) abolitio, non specialis indulgentia, nec *beneficium* quidem generale eos subducat.” In lege 2 C. de sent pass. et rest. «Nec ideo quod ex indulgentia mea poena tantummodo metalli liberatus esset, etiam honorum restitutionem impetravit: nisi *speciale beneficium* super hoc fuerit impetratum;” et in lege 3. D. de Const. Princ. «*Beneficium Imperatoris*, quod a divina ejus scilicet indulgentia profiscitur.”

6. *Munus.* Ut in lege 3 C. Theod. de Indulg. Crim. «Raptor, homicida communione istius *muneris* separantur.” — Et aliis quoque verbis hic favor indicabatur, uti videbimus in lege 3 C. de Episc. Audient.

IV. Non promiscue beneficium gratiae Princeps indulgebat.

Liberam juris gratiae exercendi facultatem habuisse Imperatorem, vidimus. Nullis finibus circumscribebatur nisi prudentiae politicae ac conscientiae. Regula certe generalis erat, Principem e plenitudine potestatis sua*e* gratiam cuiusvis poenae reo facere posse, nutumque ejus pro legitima caussa esse <sup>1)</sup>). At revera Imperatores non

---

1) Cfr. §. 6. J. de J. N. G. et C. «Sed et quod Principi

numquam in quibusdam atrocioribus criminibus nullam horum criminum condemnatis *restitutio-*  
*nis spem* (quo verbo optime juris gratiae indoles significatur) relinquebant<sup>1)</sup>, uti patet e lege unica C. de Nili aggeribus non rumpendis (IX. 38). «*Sie, ut numquam supplicandi eis, vel recipien-*  
*di civitatem, vel dignitatem vel substantiam, li-*  
*centia tribuatur.*»<sup>2)</sup> Quae documento sunt, rei salutem in concedenda gratia praecepue fuisse spectatam. Nimirum nonnulli hoc beneficio indigni habebantur.

In primis sub Imperatoribus Christianis hujus delegatae gratiae testimonia inveniuntur. «*Sed ab his decernimus, dicunt Valentinianus, Honorius et Arcadius in lege 3 C. de Episc. Aud. (I. 4) a qui-*  
*bus contaminari potius gaudia laetitiamque com-*  
*munem, si dimittantur, animadvertis. Quis enim* *sacrilego* *diebus sanctis indulget?* *Quis adultero,* *vel stupri incestive reo tempore casti-*  
*tatis ignoscat?* *Quis non raptorem virginis in*

*placuit, legis habet vigorem — vel si cui sine exemplo subvenit.*»<sup>1)</sup> I. 1. D. de Abol.

1) Cfr. MAREZOLL, Op. I. p. 163, adnot. 3. qui voce *HORR-*  
*NUNG* utitur ad hujus rei naturam indicandam, quod con-  
*firmatum inveni lege 3. C. de Episc. Aud. (I. 3.)* «*Reus —*  
*veniam sperare non debet.*»

2) Crimen illud deportatione plectebatur; qua de re  
 Vid. MATTHÆUS Op. I. L. 47. tit. V. De Extraord. Crimin.  
 cap. III. De Nili Aggeribus non rumpendis, p. 126 seq.

summa quiete et gaudio communi persequatur instantius? Nullam accipiat vinculorum requiem, qui quiescere sepultos quadam sceleris immanitatem non sinit: patiatur tormenta *veneficus*, *maleficus*, *adulter*, *violatorque monetae*; *homicida*, *parricidaque*, quod fecit, semper exspectet: *reus* etiam *majestatis* de domino, adversus quem talia molitus est, veniam sperare non debet. His ergo tali sub adstrictione damnatis, indultum nostrae serenitatis eo pracepti fine concludimus, ut *remissionem veniae* criminis nisi semel commissa non habeant: nec in eos *liberalitatis* Augustae referatur *humanitas*, qui impunitatem veteris admissi non emendationi potius, quam consuetudini deputaverint”<sup>1)</sup>. Itaque criminum atrociorum rei indigni habebantur illo favore, cuius natura accuratius significatur verbis: *liberalitas*, *humanitas*, *remissio veniae*. — Generatim porro publicae abolitionis beneficio indigni judicabantur *falsarii* et *servi*, uti docet lex 16 D. ad Sct. Turpill.

---

<sup>1)</sup> Idem fere in Codicis Theodosiani lege 3. de *Indulgent. Crim.* «Altamen *Sacrilegus*, in *majestate reus*, in *mortuos*, *veneficus* sive *maleficus*, *adulter*, *raptor*, *homicida* communione istius munieris separantur.” Lege 1. C. «Propter Crispī et Helenae partum omnibus indulgemus, praeter *veneficos*, *homicidas* et *adulteros*,” — et l. 2. eod. «Universos praeципimus esse securos: exceptis quinque criminibus, quae capite vindicantur.” Cfr. GRIB, p. 571.

« Domitianus rescripsit, quod de feriis et de abo-  
lendis reis dicitur, non pertinere ad servos, qui  
accusati in vinculis esse jubentur, ne judicium  
finiatur.” L. 17. eod. « Lucius Titius Seium  
*reum falsi* fecit: et priusquam persequeretur,  
indulgentia reorum crima abolita sunt. Quaero,  
si postea eum iterato reum non fecerit: an in  
Turpillianum Sctum inciderit? Modestinus respon-  
dit, abolitionem reorum, quae publice indulge-  
tur, ad *hoc genus criminum* non pertinere.” —

Item calumniatores, uti patet e lege 9. C. de  
calumniat. (IX. 46). « *Fallaciter incusantibus*,  
maxime post exhibitionem accusati, nullius juris  
color veluti derivata excusatione proficiat: non  
publica (quidem) abolitio: non specialis indulgen-  
tia, nec beneficium quidem generale eos subducat.”  
Quemadmodum generali abolitione nec ea compre-  
hendebantur crimina, quorum accusatio illo tem-  
pore nondum instituta esset<sup>1)</sup>.

V. Beneficium fuisse gratiam, arguunt occa-  
siones sive tempora, quibus indulgeri solebat.

Vidimus quas ob caussas populus Romanus libe-  
ra republica, postea Imperator delinquentibus ig-

1) Cfr. I. 2. C. de Gener. Abol. « Cum eo tempore, quo  
indulgentia nostra crima extinxit, accusatio a te insti-  
tuta non fuerit, publicae abolitionis praescriptio cessat”.

noverit. Sed et in censum veniunt occasiones, quibus nonnumquam tribuebatur gratia. Qua in re religionis non levius fuit vis, teste *Livio*, Hist. V. 13 de lectisternio. «Vinetis quoque demta in eos dies vincula: religioni deinde fuisse, quibus eam opem Dii tulissent, vinciri». Libertate temporaria, beneficio igitur per certum temporis spatium fruebantur rei. Ex ipsis enim verbis satis appareat, non in perpetuum, sed eos tantum in dies, quibus lectisternium esset, nexos vinculis solutos fuisse. — Quisnam abolitionis finis esset, refert *Suetonius* in Vita Aug. c. 32. «Diuturnorum reorum, et ex quorum sordibus nihil aliud, quam voluptas inimicis quaereretur, nomina abolevit: conditione proposita, ut si quem quis repeteret vellet, par periculum poenae subiret.” Occasiones autem abolitionis publicae sive generalis<sup>1)</sup> referuntur hae: ob diem insignem sive feriatis dies; aut publicam gratulationem, vel ob rem prospere gestam; vel ob laetitiam aliquam, vel honorem domus divinae<sup>2)</sup>. Dies insignes non modo erant dies natales ipsorum Principum, sive

1) Quam *Constantinus Harmenopulus* L. 1. tit. 2. § 52. ἐγκλημάτων δημόσιων ἀπόλυτων, publicam criminum remissionem appellat.

2) Cfr. I. 7, 8, 9 et 12. D. ad SCt. Turpil. et de Abolition. crimin. — Quod variis exemplis illustravit JAC. GOTTFREDUS, Comm. ad Cod. Theod. III. p. 266 seqq. (edit. 1665.)

ii genitales, sive adoptionis, sive delati imperii essent, sed etiam filiorum Principibus recens natorum. Sic ob nativitatem Crispi filii Constantinus in l. 1 C. Theod. de Indulg. Crim. In primis gratia ob feriatos dies concedebatur, cuius in plerisque Codicis Theodosiani eodem titulo legibus memorantur exempla<sup>1)</sup>. Ad publicam gratulationem et ad rem prospere gestam omnis publica referenda laetitia ob liberatam tyrannide rempublicam, aut ob reportatam de hostibus victoriam<sup>2)</sup>. Testis est l. 2 C. Theod. eodem, in qua Constantius post Magnentium tyrannum superatum, ita ad Cerealem rescribit: «Omnia penitus amputentur, quae tyrranicum tempus poterat habere tristissima. Universos ergo praecipimus esse securos, exceptis quinque criminibus, quae capite vindicantur.”

Neque vero silentio hic praetereundus Judaeorum mos, ab ipsis Imperatoribus Romanis non sublatus, ut scilicet propter Paschatis solemnia unus eorum, qui in vinculis essent, dimitteretur, cuius

<sup>1)</sup> Cfr. GOTHOFREDUS, Comin. ad Cod. Theod. Tom. III. p. 271—278.

<sup>2)</sup> Cfr. GEIB, Op. I. p. 573. MAREZOLL, pag. 169. adnotat. l. l. 12. C. Theod. de Ind. Crim. «Liberata Republica tyrannidis injuria, omnium criminum reos relaxari praecipimus.”

apud Apostolum *Matthaeum* fit mentio<sup>1)</sup>. Eo minus autem mirandum, Imperatores postea Christianos festo Paschatis maxima erga vinctos indulgentia usos esse. «Nemo deinceps, inquiunt Imperatores Valentinianus, Theodosius et Arcad. in lege 3 C. de Episc. Aud. tardiores fortassis affatus nostrae perennitatis exspectet: ubi primus dies paschalis extiterit, nullum teneat carcer inclusum, omnium vincula dissolvantur.” De eodem more loquuntur l. 3. 4. 6. 7 et 8 C. Theod. de Ind. Crim. Nec tamen beneficio illo publicae abolitionis gaudebant illi, quos supra dixi, nempe majestatis, necromantiae, adulterii, raptus ac homicidii rei.

Satis superque, ni fallor, nostram confirmavimus sententiam, Jure Romano gratiam nonnisi fuisse *Beneficium*. — Sufficiat monuisse, gratiam a solo Imperatore indultam verbo *veniae* et *indulgentiae* designari. Verbo *Abolitionis publicae seu generalis* gratia, ab Imperatore et Senatu concessa, indicabatur. Haec generaliter nempe *Senatusconsulto*, rarius a Principe indulgebatur<sup>2)</sup>.

3) XXVII. 15. «Κατὰ δὲ ἑορτὴν εἰάθει δὲ γεμῶν ἀπολύειν ἔνα τῷ θέλαιῳ δεσμον, οὐδὲ θελον.”

1) Cfr. l. 12. D. ad Sct. Turpill. (48. 16.) «Si intervente publica abolitione ex *Senatusconsulto* (ut fieri adsolet) vel ob laetitiam aliquam — — —, ex qua *Senatus*

Eadem autem, quae in reo supplicante vel cui sua sponte succurreret Imperator, observata vidi-  
mus, omnia fere concurrunt in venia, abolitione  
privata vel remissione, accusatori sive delatori con-  
cessa.

Nimirum neque hic beneficii natura negari potest. Privata enim abolitio erat ab accusando accusatoris absolutio, qua ab inscriptione (in cri-  
men, uti docet tit. D. de accusationibus et inscri-  
ptionibus) liberabatur, remissa necessitate accusan-  
di<sup>1)</sup>. Quaenam hujus abolitionis essent caussae,  
nimis longum foret hic recitare; in primis error,  
imprudentia, poenitentia similiaque. Recte Pau-  
lus Sent. V. 17. 1. «Abolitio est deletio, obli-  
vio vel extinctio accusationis.» Dabatur autem  
ne accusator, ab accusatione desistens, in poenam  
Senatusconsulti Turpilliani incideret. Erras vero,  
si ea simul crimen deletum atque extinctum pu-  
tes. Diserte contrarium docet I. 11 § 2. D de ac-  
cus. «Ab alio delatum alias deferre non potest:  
sed eum, qui abolitione publica vel privata inter-  
veniente, aut desistente accusatore de reis exemptus  
est, alias deferre non prohibetur.»

censuit abolitionem reorum fieri," reliq. — MAREZOLL Op.  
I. pag. 169, 167. adnot. 3. GEIB, Oper. I. pag. 572.  
1) Cfr. BRISSONIUS, de Verb. signif. voce Aboleri,  
p. 7.

Miretur forte quis, me hujus abolitionis privatae, toto coelo ab abolitione generali seu publica diversae, mentionem fecisse, utpote in accusatoris favorem magis quam in reorum gratiam introductae<sup>1)</sup>. Sed negari nequit abolitionem privatam inter et publicam necessitudo. Ut haec petebatur, sic et illa rogabatur. Abolitionis privatae venia quaerebatur a judice vel a Principe. Ut et indulgentiae caussae explorabantur, sic et abolitionis privatae rationes a judice aestimabantur, quo constaret, justam ab accusatione desistendi causam adesse. Ut abolitio generalis erat beneficium, sic et abolitio privata<sup>2)</sup>. «Abolitio est *beneficium*

---

1) Cfr. BRUNQUELL, de Crim. Abol. cap. 1. § 3. PUTTMANN, Oper. I. pag. 231 seq. MAREZOLL, Oper. I. pag. 169. adn. 1. in fine. — De abolitione privata abunde egit GEIB, Oper. I. pag. 574—593.

2) Cfr. I. 14. § 2. D. de bonis libert. (33. 2.) «Sed si minor quidem instituerit accusationem, major autem factus sententiam acceperit: benigne erit dicendum, *ignosci ei* debere, quia minor coepit; neque enim imputare ei possimus, cur *non deseruit accusationem*, vel cur *abolitionem non petierit*: Cum alterum si fecisset in Turpillianum incideret; alterum non facile impetraretur» I. 6. §. 3. D. de Decur. et fil. eor. (50. 2.) «Qui judicii publici quaestionem citra *veniam abolitionis* deseruerunt, decurionum honore decorari non possunt: cum ex Turpillianio SCto notentur ignomonia, veluti calumniae causa judicio publico damnati». I. 12. § 1. D. de acc. et inscript. «*Hoc beneficio* etiam in reos recepti uti possunt, si *abolitione interveniente* repeti se non debere contendant». I. 15. pr. D. de Jure fisci

inquit Puttmann<sup>1)</sup>, quo Princeps, interdum etiam judex, aliquem e numero reorum eximit, et accusatori necessitatem accusationem prosequendi remittit."

### §. 2.

#### *Jure Canonico.*

Postquam vidimus, quaenam apud Romanos juris gratiae fuerit indeoles, operaे pretium esse videretur ob nexum, qui jus Romanum inter et Canonicum intercedit, investigare, an in jure Canonico eadem hac de re tradantur principia. Quod omnino affirmandum putamus. Sunt tamen quaedam juri Ecclesiastico propria. Nimirum veniae peccantibus dandae jus, jus quoddam divinum habebatur. Quid de juris Canonici placitis circa argumentum nostrum variis periodis statuendum sit, quaenam illius juris in legislationem criminalem fuerit vis, historia duce exponemus<sup>2)</sup>.

(49. 14.) «Senatus censuit si delator abolitionē petat, quod errasse se dicat: ut idem judex cognoscat, an justa causa abolitionis sit? et si errasse videbitur, det imprudentiae veniam; si autem calumniae, hoc ipsum judicet, eaque causa accusatori perinde cedat, ac si causam egisset, et prodidisset.

1) L. I. pag. 232. seq.

2) Cfr. HENKE, Handb. des Crim. R. u. der Crim. Pol. T. I. pag. 27 seq. WILDA, Das Strafr. der Germ. Halle 1842.

Jus Criminale Germanicum antiquum, quo nomine complexus legum variarum gentium originis Germanicae indicatur, propriis nitebatur principiis, juri Romano oppositis; praecipue *compositionum* sive satisfactionis pecuniariae magnae in eo erant partes. Omnes fere poenae mulctae erant, incertusque erat procedendi modus in caussis criminalibus. At jus Romanum et jus Canonicum, progrediente tempore, in ejusdem juris natura non parum mutaverunt, quum universe magna utriusque juris in conditionem regionum Germanicarum politicam cerneretur vis. Nam jus Romanum, cuius auctoritas everso imperio Romano paene fuerat extincta, salvis nonnullis vestigiis in jure Germanico, in Regum Francorum Capitularibus et in Ecclesiae canonibus obviis, saeculo decimo tertio et quarto magnam juris constituti partem occupavit. Longe major tamen juris Ecclesiastici erat reverentia, praesertim ante juris Romani restauracionem. — Aliquam jurisdictionis speciem dudum ante exercebant episcopi, nimirum *jurisdictionem fori interni*, certis circumscriptam finibus, quae

---

Parte VII. Die Christl. Kirche u. das Strafr. pag. 525 seq.  
Das eigene Strafr. der Kirche, pag. 530 seq. EICHORN,  
Deutsche Staats- u. Rechtsgesch. T. I. § 105 seq. § 181,  
323. ROSZKIRI, Gesch. u. System des Deutschen Straf-  
rechts T. I. pag. 66 seq., pag. 171—182, T. III. pag.  
242—254.

eo inserviebat, ut religionis praecepta observarentur, atque ut lites secundum ea dirimerentur. Certae personae certaque tantum delicta ipsi erant subjecta. Quae autem contra Ecclesiae praescripta, sive a clericis, sive a laicis essent admissa, e. g. Haeresis, Schisma, Apostasia, Blasphemia, Sacrilegium, Perjurium, Magia, Simonia, similiaque<sup>1)</sup> a tribunalibus clericis *excommunicatione* et *poenitentia* puniebantur pro peccati magnitudine. Excommunicatio major vel minor erat, anathema diversi generis. Delictis sive peccatis pax divina perturbata existimabatur, poenis religiosis restituenda. Saeculo quarto caussis saecularibus se immiscere coepit Ecclesia. Romani enim Imperatores in Constitutione de Episcopali audientia sententiam ferendi jus sine appellatione etiam in caussis jurisdictionis voluntariae sacerdotibus dederunt. Praeterea controversiae clericorum tribunali Episcopi erant subjectae. — *Missorum dominicorum* institutione jurisdicundi certa obtinuit forma, et laici quoque canonibus teneri coeperunt. Poenis nempe ecclesiasticis peccata omnia a variis personis admissa plectebantur, ita ut disciplina Ecclesiae legibus civilibus auxilium praeberet. Uti Missorum dominicorum sententiis, sic quoque Episcoporum poenae civiles pecuniariae pronuntiabantur. Fredum aliquod, multa (*Friedensgeld*), uti nomine Regis et populi,

<sup>1)</sup> VAN DE SPIEGEL, Histor. van de Satisfact. der stad Goes: p. 338 sqq.

sic et ab Ecclesia petebatur, pace divina perturba-  
ta<sup>1)</sup>. Crimina et delicta communia, uti homici-  
dium, incendium, furtum, vulnerationes, simi-  
liaque ab ecclesia coērcebantur. Episcopus quot-  
annis in Dioecesi Synodo praesidebat.

A testibus synodalibus, electis ac juratis, omnia  
peccata indicabantur et exponebantur: unde exti-  
terunt libri dicti poenitentiales. Nonnumquam mera  
ex indulgentia Episcopi maleficio permittebatur  
poenae mutatio, habita peccati gravioris vel le-  
vioris ratione. Saeculis decimo et undecimo leges  
et consuetudines Germanicae antiquae, quod ad jus  
criminale, omnem fere vim amiserunt. Ecclesia  
enim imperium suum non solum in dies confir-  
maverat, sed etiam saecularibus quam maxime se  
immiscuerat negotiis, ita ut quae in Imperatorum  
Romanorum Christianorum Constitutionibus ex  
parte jam cernebatur religionis vis, ea medio aevo  
immane quantum extenderetur, crescente aucto-  
ritate Pontificia et locum jurisdictionis supremae  
laicæ sive civilis occupante. Cujus summi impe-  
rii variae fuerunt caussae sive extrinsecæ sive  
intrinsecæ. Ex Innocentii III decreto delicta  
civilia cuiusque generis peccatorum nomine juris-  
dictioni ecclesiasticae subjacebant<sup>2)</sup>. Quam aucto-

<sup>1)</sup> Cfr. Capit. ann 817. «Duas partes eidem presbytero,  
tertiam pro fredo ad ecclesiam et insuper bannus noster.»

<sup>2)</sup> Cfr. cap. 13. X. de Judiciis (II. 1.) — «Cum enim  
non humanæ constitutioni, sed divinae potius legi inni-

ritatem vehementer augebant canonum collectio-  
nes magna cura confectae. Quales erant cum illa  
a Gratiano anno 1151 digesta, tum et ea, quae  
jussu Papae Gregorii IX, omnium Pontificum de-  
creta inde a Gratiano continebat, curata a Rai-  
mundo de Pennaforte anno 1234. Utraque deinde  
glossis illustrata et ubivis in foro agnita. Nec mi-  
rum. Antiquum juris puniendi fundamentum eva-  
nuerat. Scilicet existimabatur delictis non adeo  
privatis noceri, quam quidem civitati, ordini pu-  
blico, paci publicae. Ipsi delinquentes impuri  
habebantur, eorum mores depravati, qui poena  
infligenda videbantur emendandi. Poenitentia sibi,  
civitati, quin ipsi Deo conciliabantur. Delictum  
erat ecclesiastici ordinis, praceptorum religiosorum  
violatio, peccatum. Poena erat peccati expiatio:  
redibat peccator in gratiam cum Ecclesia servatrice.  
Quibus omnibus factum, ut juris criminalis no-  
tiones et religiosae et laicae arcte cohaererent. Ut  
poenarum et poenitentiae, sic gratiae delinquenti,  
peccatori concedendae notio tam religiosa, quam  
laica. Ita abolitiones generales et indulgentiae  
plenariae Pontificum in eorumdem et delinquen-

---

tamur, quia potestas non est ex homine sed ex Deo; nul-  
lus qui sit sanae mentis ignorat, quin ad officium nostrum  
spectet, de quounque morali peccato corripere quemlibet  
Christianum et si correctionem contemserit, per districti-  
onem ecclesiasticam coercere."

tium et peccatorum beneficium concedebantur. Indulgentiae cuiusmodi plenariae exemplum dedit Papa Urbanus II. anno 1095 omnibus cruce signatis. Quin non pauci Episcopi saeculares facti erant Principes et varias Imperii praerogativas, uti et gratiae jus exercebant<sup>1)</sup>. Ita inscribitur decretum aliquod in Corpore juris Canonici obyrium Leonis Papae *de gratiis et dispensationibus*. Haec duo conjuncta invenimus, neque sine caussa. Prius beneficium, privilegium in caassis crimina libus, posterius in civilibus valens, ex eodem fonte, ex Principis sive Pontificis Maximi clementia ac benevola largitione originem ducebant. Nec promiscue, sine ulla facti vel caussae inquisitione concessa. Quod demonstrat ejusdem decreti locus.

<sup>1)</sup> Uti in patria nostra Episcopi Dioeceseos Ultrajectinae saeculares Principes aggratiandi jus exercuerunt. Habant *jus summum, imperium merum in caassis capitalibus*, (het overste gerichte toe hals en toe hovede.) Jus *altae justitiae* solum per se criminum remittendorum jus non continebat. Cfr. Edictum Philippi II. (de la Justice criminelle A. 1570. Art. 14.). YPEY et FEITH, Oudheden van het Goo regt en Groningen, ontleend uit den giftbrief van Hendrik III. aan de St. Maartenskerk van Utrecht. Gron. 1836. p. 263, 264. ANTON. MATTHAÉUS De Jure Gladii tractatus et de toparchis qui exercent id in Dioecesi Ultrajectina pag. 687. «Sed nihil certius etiam hoc, quod ingens hic rursum Ultrajecti praerogativa. Non minus quam Princeps, aut cui jus majestatis, praefert gratiam rigori juris, promittit reo impunitatem, remittit crimen, condonat. Et id jus quod exercuit jam ob omni memoria»

« In dispensationum et aliarum gratiarum impetracione *rei gestae veritas reiecta* poena falsi damnat impetrantes.” Nam e decreto Pii V anni 1566 patet etiam illis temporibus moris fuisse, in petendis dispensationibus matrimonialibus vel in aliis gratiis vel concessionibus obtinendis, *falsa memorare et vera reticere*. Qua de re Pontifex. « Nos igitur hujusmodi abusibus et erroribus obviare cupientes, omnes et singulos, qui veritatem facti a narratione, quam ab ipsis partibus habuerunt, quoad substantialia et qualitates necessario exprimendas, diversam faciunt, seu quoquo modo invertunt aut immutant, aut depravant, et per *subreptionem* et *obreptionem* gratias a nobis extorquent, poenam falsi incurtere et ea puniri omnino debere decernimus et declaramus.” — Ut et in Sessionis XIII cap. V. Concilii Tridentini anno 1563, legitur: « Et quoniam per fictas caussas, quae tamen satis probabiles videntur, interdum accidit, ut nonnulli ejusmodi <sup>1)</sup> gratias extorqueant, per quas poenae, illis Episcoporum justa severitate inflictae, aut remittuntur omnino, aut minuuntur, cum non ferendum sit, ut mendacium, quod tantopere Deo

<sup>1)</sup> Clerici, rei tam gravium criminum, ut ob eorum atrocitatem e sacris ordinibus deponendi et curiae sint tradendi saeculari.

displacet, non modo ipsum impunitum sit, verum etiam alterius delicti veniam impetrat mentienti; idcirco, ut sequitur, statuit et decrevit: Episcopus apud ecclesiam suam residens de *subreptione et obreptione gratiae*, quae super absolutione aliquujus publici criminis vel delicti, de quo ipse inquirere cooperat, aut remissione poenae, ad quam criminosus per eum condemnatus fuerit, *falsis precibus* impetratur, per se ipsum, tamquam sedis Apostolicae delegatus, etiam summarie cognoscat; ipsamque gratiam, postquam per *falsi narrationem* aut *veri taciturnitatem* obtentam esse, legitime constiterit, non admittat."

Sed et beneficium iisdem fere, quibus jure Romano, verbis designatur.

Occurrunt et hic *gratia, venia, indulgentia, preces, remissio*. Ita Leo Papa: «*Gratia, si non gratis datur vel accipitur, gratia non est.*» Clement. L. I. tit. II et III. de Rescriptis, cap. IV. «*V-*erum etiam alterius delicti *veniam* impetrat mentienti.» Sept. Decret. L. III. tit. XIII. C. J. C. pag. 143. Pius IV. «*Indulgentiarum et gratiarum dona gratis expediantur nec pretio mercentur, aut remissione poenae — precibus falsis impetrentur.*»

Eadem ratio fuit obtainendae gratiae, quae jure Romano. Libelli ope ad Ecclesiae Principem se convertebat peccans, maleficus, quo misericor-

diam ejus flecteret. Adest titulus in Corp. J. C., qui inscribitur *de Indulgentiis*, uti et in jure Romano *de Indulgentiis criminum*. Ut jure Romano speciatim alicui magistro scriniorum officium fuerat mandatum, rescripta illa specialia, quibus aliquid in subditorum favorem concedetur, conficiendi, sic et in jure Canonico inveniuntur magistri supplicationum. Pius IV: «Praecipimus et mandamus, quatenus videlicet in *registro supplicationum et scriptores hujusmodi*.” — Non solum supplicans ipse, sed et alii pro eo intercedebant. Nonnumquam Pontifices Maximi restringebant indulgentiarum usum — ne beneficii pretium minueretur<sup>1)</sup>). Quapropter Legislator sollicitus fuit, ne praerogativa illa in mercenarium quemdam ac sordidae avaritiae actum transiret. Poenas igitur statuit Pontifex in eos, qui pretium accepissent pro impetranda gratia. Vid. C. J. C. pag. 308. Leo Papa. cap. I. «Simoniaci gratiam non praestant, quam vendere quaerunt.”

Sic et in Septim. Decret. Lib. III. Tit. 14. «Praecipimus et mandamus, quatenus videlicet in *registro supplicationum et scriptores hujusmodi ultra salario*, inibi pro signaturis ordinariis *exigi solitum*, alii vero officiales litteras Apostol-

---

<sup>1)</sup> Cfr. EICHORN, § 469. «ne vilescant.”

tam sub plumbo, quam in forma brevis, *super gratiis Indulgentiarum et peccatorum* (i. e. criminum) *remissionem* etiam plenariam . . . . . concessis et concedendis, conficiendis *gratis* pro Deo; ubique eorum officia, absque *aliqua taxae regalium* seu jocalium, aut cuiusvis alterius generis *solutione* vel *exactione* expediant." Romae. Cal. Jan. 1562.

## § 3.

*Jure Imperii Romano-Germanici.*

Quae, fracto Imperio Romano in parte Europea occidentali cessaverat dignitas Caesarea, ea primum saeculo IX. in Carolo Magno, saeculo X. in Ottone I. eodemque Magno fuit restituta<sup>1)</sup>. A quo inde tempore paullatim ex Italia in Imperium Germanicum juris Romani auctoritas fuit inducta, salvis tamen et consuetudinum Germanicarum et juris Canonici ac Feudalis praceptis. Nimirum pro veterum Imperatorum Romanorum successoribus gerebant se Germanorum Imperatores, adjuvantibus et clero et juris Romani, in dies magis exculti doctoribus. Unius urbis Romae im-

1) Cfr. PÜTTER, Histor. Entw. der heutigen Staatsverf. des Deutschen Reichs 1786. 1 Th. pag. 58. seqq. pag. 116 seqq.

perio totus orbis subjiciendus, unius urbis legibus informandus existimabatur. Dominus orbis Imperator esse debebat, scilicet ut his modis unitis unitas commendaretur fidei Christianae. — Ita Justiniani, Theodosii exemplo utebatur Fredericus I, et Corpori Authenticorum novorum Imperatorum Constitutiones adsimilabantur<sup>1)</sup>.

Uti summi imperii vi alia majestatica jura exercabant, sic et aggratiandi jus habuisse Imperatores, constat. Sed et juris gratiae notio, qualis in monumentis Imperii Romano-Germanici occurrit, convenit fere cum illis, quae e Digestorum ac Codicis Romani, cum Theodosiani, tum Justinianei retulimus. Nec mirum. Quae Imperatorum Romanorum fuerat potestas, eadem Imperatorum Germanicorum censebatur. Sic ad Fredericum Barbarossam ita locutus fertur Archi-Episcopus Mediolanensis: «Scias itaque omne jus populi in condendis legibus Tibi concessum. Tua voluntas jus est, sicut dicitur; quod Principi placuit, legis habet vigorem, cum populus ei et in eum omne suum imperium et potestatem concesserit. Quodcunque enim Imperator per epistolam constituerit,

---

<sup>1)</sup> Cfr. EICHHORN, Deutsche Staats. u Rechtsgesch. § 269 (edit. quinta). c. t. PERTHES, das Deutsche Staatsleben vor der Revolution. — Eine Vorarbeit zum Deutschen Staatsrecht. (1845.) p. 8, 9.

vel cognoscens decreverit, vel edicto praeceperit, legem esse constat' <sup>1)</sup>.

Documento sit Imperatoris Rudolphi I incerti anni sententia. « Cum nuper, inquit, in civitate nostra N. regia celsitudo pro tribunali solemniter praesideret, ex parte dilecti famuli N. fuit propositum, quod cum N. uxorem ipsius N. legitimam suo femori applicans impudenter et in aliis combinationibus et conviciis nihilominus calumniosus insurgeret et blasphemus idem N tam publicas, tam et intolerabiles aequo animo non est passus injurias, quin praefatum offendit suum in quodam loco suspecto cum ipsa uxore sua legitima invaderet, propter quod a nobis *proscriptionis* sententia innodatus, condemnatus. In sententia igitur ex parte praedicti N fuit cum *instantia* requisitum, utrum secundum processus hujus merita eum tenetremur *ex potestate regia pristino restituere Juri suo?* Super quo quidem sententialiter exstitit judicatum, *approbatibus universis*, qui affuere, quod ipsum N *in pristinum statum juris sui per omnia restituere debemus*, et cuilibet, conquerenti de ipso in curia nostra, justitiae plenitudinem exhibere. — Eudem igitur *restituimus juri suo, ac si praefato*

<sup>1)</sup> Cfr. EICHORN Oper. I. § 269. adn. c.

*tum homicidium nullo unquam tempore perpetrasset, rehabilitantes eumdem ad omnes actus legitimos et civiles honores, ita quod in omnibus suam, ut prius, libere prosequi valeat actionem*"<sup>1)</sup>.

Gratiae et quidem *sensu latissimo* hic adesse criteria, quis neget? Imperatoris nempe clemencia petitur ob varias criminis excusandi rationes; crimen aboletur post sententiam, condemnationisque effectus plane tolluntur. Abolitionem igitur et Restitutionem in integrum (Réhabilitation) invenimus.

Caeterum eisdem verbis, quibus in Digestis fuisse designatum institutum nostrum, aliunde doceiri potest. Verba, quae beneficium indicant et hic occurrunt: *Gratia, clementia, misericordia, dispensatio favoris, benignitas, remittere.* Utipatet ex initio amnestiae generalis, quae pacis Constantiae occasione, compositae inter Fridericum Imperatorem et filium ejus Henricum, proclamata fuit (anno 1183)<sup>2)</sup>.

<sup>1)</sup> Cfr. Corp. J. Germ. tam publici quam privati academicum auctore G. EMMINGHAUS, 1<sup>ste</sup> Lieferung, Jena 1844. p. 50 seq.

<sup>2)</sup> «Imperialis clementiae immensa serenitas mansueta, eam semper in subditis suis dispensationem favoris et gratiae habere consuevit, ut quamvis districta severitate excessum delicta debeat et possit corrigere: magis tamen studeat propria tranquillitate pacis et piis affectibus misericordiae Romanum imperium regere, et rebellium insolentiam ad

Erant denique, uti et jure Romano, qui hoc beneficio indigni haberentur, ob criminis atrocitatem.

Vid. *Feudorum Lib. II. tit. 27. De Pace tenenda et ejus violatoribus*: « Sin autem omnibus manifestum sit, quod non necessario sed voluntarie illum occiderit, tunc neque per duellum (solitum procedendi modum innocentiae probandae) neque *quolibet alio modo excusabitur*, quin *capitali damnetur sententia*.» Sic etiam in Constit. X. Frederici Imperatoris *de Incendiariis et pacis violatoribus*: « Primum igitur de incendiariis demandamus generaliter, ut si liber homo, ingenuus, ministerialis, vel cuiuscunque conditionis fuerit, incendium comiserit pro Werra propria, pro amico, pro parente, vel causae cujusquam alterius occasione, de sententia et judicio Imperiali, *proscriptioni statim subjectus habeatur*;» et porro: « Dominus etiam Imperator *proscripto-*

debitam fidem, et debitae devotionis obsequium revocare. Ea propter cognoscat universitas fidelium Imperii tam praesentis aetatis, — quod nos solita *benignitatis nostrae gratia*, ad finem et devotionem Lombardorum, qui aliquando nos et imperium nostrum offenderant, viscera nobis innatae pietatis aperientes, eos et societatem ac fautores eorum in plenitudinem *gratiae nostrae recipimus*, offendit omnes et culpas quibus nos ad indignationem provocaverant, *clementer eis remittentes*.»

*rum neminem a sententia proscriptionis absolvat, nisi de illicitis primo damnis cum injuriato componat, et nisi consciente judice hoc faciat.*"

Monendum tamen indulgentiae hic modum fuisse impositum, beneficii usum fuisse restrictum magis contemplatione jurium laesi et satisfactionis pecuniariae sive compositionis ex more Germanorum, quam quidem ob criminis atrocitatem, cuius longe major jure Romano habita erat ratio.

§ 4.

*Jure Patrio antiquo.*

Quod modo in Germanorum institutis observabamus, gratiam delinquentibus non fuisse indultam nisi de praevia laesi satisfactione constaret, idem in patria nostra perpetuo valuisse, pluribus exemplis diversarum regionum cum septentrionalium tum meridionalium Belgii demonstrari potest<sup>1)</sup>. Nimurum Francorum primum regibus subjecta, deinde nexus feudali imperio Romano-Germanico juncta, juris Germanici principia et patria nostra

<sup>1)</sup> Cfr. DE BOSCH KEMPER, Wetb. v. Strafv. 3. D. XXIII tit. pag. 631 et volg. L. PH. C. VAN DEN BERGH, Verhandeling over de oude wijze van Strafv. in Gelderl. Holl. en Zeel. Leiden 1842, p. 132 en volg.

sequebatur. Gratiae jus illis temporibus jus non adeo regale dici poterat, ut summo Imperanti licuisset illo abuti spretis juribus privatorum; quod neque procedente tempore, aucta juris Romani auctoritate, penitus cessabat. Gratiam sane fuisse beneficium, privilegium affirmandum est; sed beneficium una cum a Principe, tum a laeso sive ejus propinquis concedendum.

In quovis enim delicto duplex secundum Germanorum instituta noxiae elementum adesse credebatur: 10. laesio civitatis, pacis publicae, 20. laesio singuli hominis; delictum igitur publicum, delictum etiam privatum. Unde duplex satisfactionis necessitas, altera publica, (breuk, breuke) altera privata (zoengeld, werigeldus). Qui delicto pacem publicam fregisset, legis tutela destituebatur (vredeloos) ac pristina jura recuperare non poterat, nisi in gratiam Principis et laesi vel propinquorum rediisset.

Quum igitur et reipublicae et privato satisfactione competenteret, conjunctim gratia, non vero separatim erat indulgenda: neutri erat jus renuntiandi juri in alterius favorem introducto; competitbat cuique pro parte suae satisfactionis. At crimen aliquo in solam civitatem vel summum Imperantem perpetrato, soli Principi criminis remittendi jus erat. Cujus rei testimonia saeculis VIII et IX inveniuntur. Tassilo II. Bajoariorum dux, vasal-

lus desciverat a Caroli Magni auctoritate et foedus cum Avaris inierat. Clementia usus est Carolus erga propinquum suum; vitam servavit Tassiloni in monasterium detruso <sup>1).</sup>

Sic et Ludovicus Pius cum Noviomagi anno 830 degeret, nobilibus et clericis qui in eum conjurationem inierant, laesae majestatis reis, poenae veniam dedit. — Comitum Hollandiae tempore eadem juris et publici et privati distinctio conspicua est <sup>2).</sup>

Nempe vigebat in caussis criminum processus accusatorius, cuius paroemia erat, *geen klager, geen rechter*; unde privatorum in actione vel persequenda vel omittenda arbitrium. Rem illustrat Grotius <sup>3).</sup> «En vermocht de graaf van Hol-

<sup>1)</sup> BATZIUS, Capitul. pag. 263. Caroli M. (A. 794.) *Capitulare Francofordiense* «De Indulgentia Tassiloni Ducis Baarloiorum a Carolo M. concessa.”

<sup>2)</sup> MIERIS, Gr. Charterb. I. 510. «Graaf Florens vergeeft aan Heer Wolfaerd van Borselen alle misdaaden tegen hem begaan, en ontsangt denzelven tot zijnen Raad,” 30 Oct. 1290. — I. 529. Reconciliatio Joannis de Renesse cum Comite Hollandiae; A. 1291. — I. 526. Reconciliatio Theodorici de Brederode cum Comite Hollandiae, A. 1291. — J. H. VAN GENNEP, *Disquisitio Hist. Jur. de Cautione in Re criminali a Reo praestanda, Trajecti ad Rhenum*, 1844, pag. 33—34. MIERIS, III. 271. «Zoen van een oploop te Delft op St. Jacobsdag (25 Julij) voorgevallen, in welken drie personen dood bleven, en aan welken eenigen van den grootsten Adel schuldig waren, door Hertog Albert uitgesproken, 3 Nov. 1364.”

<sup>3)</sup> Inleid. tot de Holl. Rechtsgel. D. III. L. 32 et 33.

land niet te zoenen met den misladijen buiten de magen, noch de magen buiten den graaf.” Conciliatione, quae praecedere debebat, delinquens in gratiam cum laeso vel ejus propinquis redibat. Grotius homicidae exemplum affert ritusque omnes in negotio observandos recenset. Variae saepius addeabantur conditiones, eo inservientes, ut propinquorum securitas ac quies confirmaretur. E toto procedendi modo maleficum indulgentiam a propinquis petere solitum fuisse, patet. Qui mos et Grotii aetate, — sed et postea manebat. Jam autem et olim et posteriori aevo illud non tantum in Hollandia, sed et in aliis Belgii provinciis moris fuisse, paucis exemplis doceamus.

Sic in art. 34 Chorae Zeelandicae A. 1256 legimus. « Wie eenen man dootslaet binnen gegeven vrede, ende verwonnen wort bi 's Graven waerheit, men sal hem onthoofden, wordt hi gevaen. Ontgaet hi, men salne bannen, ende hi en sal nemmermeer verwinnen noch versoenen, *ten si bi 's Graven wille ende desseens magen, die hi ghedoot hevet* 1). ” Et in art. 134. Chorae Zeelandicae 13 Nov. 1290 (van

---

Plura collegit TROTZ in *Comment. ad Leges Fundam. Belg. Foederati*, pag. 220 sqq. (Harlingae et Amstelodami 1773.)

1) MIERIS, I. 311.

ghenaden) «Comt een man in ghenaden<sup>1)</sup>, hy sal gelden van vichtich gemeten, al hadde hiere in sine hulpers min, *die Grave ne verdraghes hem by synre ghenaden.* Ende alle weghe sal die Grave alle dingen voersien, hoe dat sy toecommen syn, ende daertoe *synre ghenaden doen of hy wille.* Als yement gecomen es in 't 's Graven ghenade, ende die dinghen syn berecht, daer hi mede in genade quam, soe sal hiere seker maken te geldene, als die dingen volcomen syn, of ghysel daer over worden, ende elc edel man mach verghyselen synen vrient”<sup>2)</sup>.

Ita et jure Tubantiae, (Twente) ab Episcopo Ultrajectino (Jan van Verneborch) confirmato A. 1365. «Van doetslege, off van klachter wonden, ende einen fredelosen man en sulle wi, offte onse amptlude *gene freede vorware off soene geven buten den klegeren, des gelicken sollen de klegers doen buten ons, offte onzen amptluden*»<sup>3).</sup>

1) KILIANI *Etymologicum Teutonicae linguae* in voce. (Ipsa vox *ghenaede* majoribus nostris usurpabatur pro *gratia*, *misericordia*, et *impunitate* beneficio impetrata. Adjectivum *ghenaedigh* valebat pro *propitio*, *misericorde*, *exorabili*, *bono* *benigno*, *pio*. (Francorum à merci et *misericorde*, crier merci; à la merci du vainqueur. Anglorum *mercy*, *merciful*.)

2) MIERIS, I. 511, 523. Idem jure Kennemerlandiae, A. 1291 et jure West-Frisiae, A. 1299 obtinuisse, vid. apud MIERIS, I. 536, 618.

3) MIERIS, III. 175.

Neque saeculi XVIII exempla deficiunt in juris prudentia ac foro Gelrorum. Anno enim 1725 venia homicidii concessa fuit exhibito documento, quo de conciliatione, homicidam inter et occisi propinquos constabat, libello supplici annexo («dat de suppliante het naeste bloed van den overledenen heeft versoent, blykelyk bij den acte den requeste mede geannexeert»<sup>1</sup>).

Idem probatur gratia, in causa homicidii involuntarii anno 1738 ab Ordinibus Gelriae indulta<sup>2</sup>). («uit annexe acte van Moetsoeninge, bij de ouders van opgemeld kind aagegeven.”)

Certa observabatur procedendi forma in gratia petenda.

Principium supra expositum, delinquentem ante criminis remissionem a Principe impetrandam, una cum laeso vel ejus propinquis conciliari debuisse, et postea sub diversa forma viguit. Laudanda sunt leges circa procedendi modum, qui et Comitum Hollandiae tempore et libera repu-

1) Gr. Geld. Placaeth. III. 413—416. Resolutie, waarbij eene begane Man-slagh word geremitteerd, mits den Dader ad Vitam blijve geconfineert. — Extract uit het Reces des Landdags ten jare 1725 binnen Nijmegen gehouden.

2) Gr. Gelders Placaeth. III. 646—648. Word ex mera gratia et plenitudine potestatis Landwinninge toegestaan aan iemand, die onverhoeds een kind hadde gedood. Extr. uit het Reces 8 Oct. 1738 binnen Zutphen.

blica Batava valebat<sup>1)</sup>. Cavebat nempe legislator, ut ne beneficio hocce indignus quis frueretur. Omnia, quae Principis indulgentiam aliquo modo mereri possent, inquirebantur. Uti refert Matthaeus: «Et nec Principi tamen plenum aut quodvis crimen indistincte indulgendi arbitrium. Praescriptus ei certus modus. Indulget caussa prius cognita. Consideratur prius factum. Considerantur circumstantiae. Rei vita etiam an frugi, an proba olim, an honesta. An caedes, an factum, an crimen ejusmodi, ut transigi de eo possit. Auditur prius praetor. Auditur pars adversa. Auditur Curia Provincialis, ut et judices ejus loci, ubi crimen commissum<sup>2)</sup>. Requirebatur, ut reus literas Principi supplex publice offerret procumbens in genua, detecto capite, pro tribunal, dum disceptatio caussae fieret<sup>3)</sup>.

1) De relatione in acta, insinuatione (interinement) variarum gratiae specierum egit BUMA diss. I. p. 97 seqq. BORT, Tractaat van Crim. Saecken, tit. XII. Sect. I—VIII. DAMHOUDER, Pract. in crim. zaken, C. 137. p. 571 seq. MATTHAEUS, de Jure Gl. pag. 686—704. Edictum Philosophi II. Ann. 1570. art. 22. VAN DER LINDEN, Verhandeling over de Judic. practycq of Form van procedeeren, T. II. p. 248—274. BOEL ad LOENIUM, Decisiën en Observat. pag. 439.

2) De J. G. pag. 694.

3) BOEL ad LOENIUM, pag. 430, 693. Art. 222. d. Instr. van het Hof v. Holl. «Item, aangaande remissien, ordonneeren

Occasiones seu tempora, quibus gratiam plerumque largiretur summus Imperans, beneficium indicant. Juris Romani principia in omnem fere Europae legislationem magnam habuisse vim, et iis quae circa occasiones seu tempora, quibus vulgo gratia indulgeretur, obtinebant, confirmatur. Uti jure Romano, sic et in patria nostra occasione laeti diei venia dabatur delinquentibus: nimirum, ob introitum solemnem Principis sive gratulationem publicam, ob diem sanctum, ob victoriam de hoste reportatam, ob Principis vel ejus filii diem natalem, similiaque<sup>1)</sup>.

wij de geene, die deselve van nu voortaan impetreeren sul-  
len, hetsy een of meer, met deselve brieven te compareeren  
binnen 's Jaars in persoone voor onsen Raade voorsz. en  
aldaar op zijn knien ter aarden en bloodshoofds in aller ood-  
moedigheit die voorsz. brieven van Remissie te呈enteeren" caet.  
Sic *Vergiffenisse bidden in hembde ende in broeke; bloetsbeens,*  
*baersbeens* in 's Raets merkwaerdige slitinghen. (*Sententiae  
urbis Rheno-Trajectinae Ann. 1402—1414, collectae a do-  
ctiss. DODT v. FLENSBURG*, Tijdschrift voor Gesch. Oudh. en  
Statist. v. Utrecht, 1842. no. 3.)

1) DAMHOUDER, Op. I. pag. 570. — Antiqui moris vestigia manent in decreto Napoleontis occasione delatae dignitatis Imperatoriae 13 prairial An. XII. Décret Impérial contenant des actes d'indulgence et de bienfaisance. « Voulant marquer le moment de son avénement à l'Empire par des actes d'indulgence et de bienfaisance. » Bulletin des lois 4 serie, T. I. no. 3. Novissimum abolitionis generalis simili occa-  
sione induluae laetum exemplum habemus in Edicto Regio 28 Nov. 1840. Staatsbl. no. 74 betrekkelijk het verleenen

I. *Ob introitum solemnem Principis* (blijde inkomst).

Delati imperii in primis occasione Principem, regionem aliquam vel urbem intrantem, maleficiis bannitis seu exsilibus crimina remittere concedere solitum fuisse in variis Belgii regionibus, pluribus exemplis doceri potest<sup>1)</sup>.

Uti dioecesis *Ultrajectina* ab omni memoria exercuerat aggratiandi jus, sic et a primis inde temporibus in novi Episcopi inauguratione bannitis gratia dabatur, simul cum ipso urbem intrantibus. Monendum tamen, invito urbis Trajecti magistratu non facile fuisse gratiam delinquentibus indultam, quum Principi (Episcopo) alias reducendi jus non esset quem exulem esse urbs jussisset, uno casu excepto, de quo ita *Mattaeus*<sup>2)</sup> ubi introitum describit *Suederi* (Zweder a Culenborch) anno 1425: « Magno cum comi-

van een generaal *pardon*. « Willende het oogenblik onzer plegtige inhuldiging kenmerken door een blijk van koninklijke goedertierenheid.”

1) *Vetera exempla memorat NIJHOFF Gedenkw. uit de Geld. Gesch. T. II (A. 1372, 1375 Cod. Dipl. n<sup>o</sup> 12,24.)*

2) *Rerum Amersf. Script.* pag. 267. *de J. Gl.* pag. 692. Quod exemplo urbis Gandavensis A. 1419 confirmatur apud CANNAAERT, *Bijdragen tot de kennis van het oude Strafrecht in Vlaenderen*, 3. uitg. Gend 1835, p. 133 sqq. Ita 784 exsules fuerunt restituti beneficio laeti introitus Caroli Augustacis.

tatu civitatem ingressus est die St. Laurentii A. 1425. Sed is tristis ingressus. Non ingressum praestitisset quam caesis aliquot in ingressu cruentum conspicere et formidandum, et diem acclamacionibus et laetitiae destinatum atrum reddere et luctuosum. Vetustum id urbis jus, quod invito magistratu Episcopo nullum jus reducendi proscriptos, nisi cum inaugurandus, ipsius laeto introitu. Et nec quosvis tum reducendi jus, sed hos tantum, qui ei proximi intra certum funiculum. (in een lijnde, mitter lijnde, aan de lijn houden). Extra eum deprehensis non impune erat, aut captis, aut inimicorum impetu nonnumquam statim trucidatis ut cum Suederus intraret, accidit. Funis cum casu ruptus esset, (loeo cui nomen de Neude) statim nonnulli caesi.” Quod confirmatur relatione *Hedae* in *Suederi Vita*. « Cum Suederus Episcopus intraret civitatem et exules de more cum novo Principe inter funiculum illum sequerentur, suboritur motus ingens: namrupto funiculo aliqui trucidabantur, quorum caedem Episcopus in se assumpsit, proscriptis ex recenti plurimis” 1).

---

1) Cfr. VAN HUESSEN en VAN RUIJN. Kerkel. Hist. en Oudh. uit het Latijn van J. v. MIERIS, Leiden 1726. T. II, pag. 202. Fusius BURMAN, Utr. Jaarb. 1750. Tom. I, pag. 314—317. VAN THIJE BANNES, tract. Jur. Publ. de Inaug. Princ. Belg. Traj. ad Rhen. 1767. pag. 104—109.

Et ipsum illud funiculi jus restrictum subinde fuit. Excipiebantur rei, quibus, cum condemnati, expresse indictum esset, ne liceret unquam reverti. Certum quod recepti vix, utcunque etiam serio intercederet pro eis Princeps<sup>1)</sup>. Carolus V, rerum potitus privilegium, de quo dicimus, sustulit.

In Gelria idem obtinuisse patet ex adnotatione, quae in rationum libris urbis Noviomagi occurrit Anno 1579. « Gegeven voir die lijn, die an ons gen. Fursten wagen gedaen wart, dair die ghene die 't lant verbroickt hadden in oirer genade inkoempst alhier an hielden, IIII stuvers<sup>2)</sup>. Ita anno 1546 occasione laeti introitus Caroli V, urbem Arnhemiam solemniter intrantis. « Van Jacob Becker, Thoenis de Moellener ende van ..... eenen nederslagh bij Henh geperpetreert

1) Restricti beneficii exempla Ann. 1364 et 1371. memorat MATTHAEUS de J. G. pag. 693. Sic in foedere, diocesin inter et Hollandiae Comitem Gulielmum Bavaram icto, legitur: « Ende quamen sy oft een van hem drien dair en boven binnen den Lande van Utrecht voornoempt oft binnen der stadt van Amersfoort, dat souden aan hem rechten als of sy met vollen rechte vredeloes 's lants voornoemt verwonnen waren, ende daer toe sullen sy nemmermeer met enighen vryen Heer incomen» cet. TROTZ, de Urpheda 1764, pag. 15 sq. pag. 33: « Die zal men binnen 10 Jaeren geen gracie doen tot oervede te nemen of in te komen. »

2) V. D. BERGH, Op. I. pag. 134.

over eenen genoempt Heethorst, welke nederslagers ter incommen van Keijserliche majestet in de stat Arnhem *nair alden costumen* mit an die Lijne gehouden hebben, ende mitsdien veijlich ende vrij gepasseert sijn, daeromme hier.” Uti et Comitis Leicestrii anno 1583 eamdem urbem ingredientis<sup>1)</sup>. — In Germania idem moris fuisse refert Grimm. Exemplum affert anni 1497, cum Bogislaus Pomeraniae dux urbem Norimbergam intraret<sup>2)</sup>. — Quod vero ita ab *Heda et Matthaeo* refertur de Episcorum Trajectinorum privilegio idem in Gallia antiquitus valuisse, auctores nobis sunt viri de historia juris optime meriti *Pastoret*<sup>3)</sup> et *Floquet*<sup>4)</sup>. Quoties Episcopus Aurelianensis (Orleans) munus suum auspicaretur, toties ex more yetusto omnibus maleficiis, quin et accusatis gratiae litteras dare poterat. Abusus vero inde orti ipsum privilegium sustulerunt. Malefici nempe

1) v. HASSELT, Arnhemsche Oudheden, II. D. pag. 219 sqq.  
Aan de lijn (aan 't snoer) houden.

2) Rechtsalterth. p. 265. « Darum viel bürger und ander leute, so aus der stat verfestet oder verweiset waren, und einteils zehn, zwanzig, dreissig oder mehr jar aus der stat gewesen, ime und den seinen an den stegreif gehangen und mit hinein gelaufen sein.” Alia Germaniae exempla collectit MATTHAEUS de J. G. pag. 692.

3) Betracht. über die Strafgesetze herausg. von ERHARD, Leipz. 1792, I. pag. 45.

4) Histoire du Parlement de Normandie, Rouen 1840.

ipso inaugurationis tempore sponte se tradebant, ut in carcerem detruderentur, securi de libertate sua mox restituenda. Sic anno 1707 nongenti, anno 1733 mille et ducenti e carcere sunt dimissi impunes. Cui rei ut tandem occurreretur, dioeceseos Aurelianensis constitutione anni 1758 atrociora delicta hocce beneficio fuerunt exempta, uti crimen laesae majestatis, rapina, beneficium, assassinium, duellum, falsae monetae, vis publicae, alia.

*Ob diem sanctum.*

Quod confirmatur veteri sententia Rheno-Trajectina, « Als men dat heilighe sacrament draghen sel »<sup>1)</sup>. Sic quoque in Francia capitulum urbis Rothomagensis (Rouen) ex privilegio sancti Romani jus habebat quotannis die ascensionis maleficium, criminis auctorem, et una cum eo criminis consortes e carcere dimittendi<sup>2)</sup>. Ei, cui beneficium illud concederetur, inter alia officium incumbebat, Sancti Romani cistam qua hujus ossa sive reliquiae continebantur, ferendi et

<sup>1)</sup> 's Raets merkw. Slitinghen, Ann. 1385—1401. in Tijdschrift I. 1842. p. 62.

<sup>2)</sup> Excepto tamen crimine laesae majestatis et salva satisfactione laeso vel ejus propinquis debita. Qualiter Privilegium Sancti Romani non tollit satisfactionem civilem parti laesae faciendam. Hist. du Parlement de Normandie. T. I. p. 284, 287 seq. Post longas et acerbas controversias de privilegii usu clerum inter et parlamentum agitatas, tandem edicto regis Henrici IV. dato 25 Jan. 1597. privilegium

ducendi per urbem. Ita etiam urbi Vendôme ex voto solemini Ludovici Borbonii Comitis A. 1428, regnante in Francia Carolo VII, licebat quotannis et quidem die veneris ante Pascha delinquenti alicui criminis remissionem dare<sup>1)</sup>. Quod exemplum secutus Carolus V Imperator idemque rex Neapolitanus, Epiphaniae die maleficis ignovit tam iis, qui carcere continabantur, quam damnatis ad poenam triremium (6. m. Jan. A. 1536). Ab eo inde tempore ejus jussu Vice-regi licuit illo die usque ad quinquaginta maleficos dimittere<sup>2)</sup>.

*Ob victoriam de hoste reportatam.*

Moris, a jureconsulto Damhouder memorati luculentum exemplum occurrit occasione celebratae victoriae navalis, a Joanne Austriaco Caroli V, filio A. 1571 de Turcis reportatae<sup>3)</sup>. Cujus rei testimonium exhibet diploma Gregorii XIII Pontificis A. 1575 datum. In quo haec, quae se-

Sancti Romani fuit confirmatum, exceptis non tantum criminibus laesae majestatis et haereseos, sed et falsae monetae, homicidii insidiosi et stupri violenti. FLOQUET, I. 399—417. Abrogatum demum est initii magnaे rerum conversionis A. 1791. «Duport répondit: «qu'il n'y avait plus de privilège aux yeux de la loi.” — Idem doctissimus FLOQUET scripsit peculiare opus: *Histoire du privilège de Saint-Romain.*

1) PASTORET, Op. I. T. I. p. 44—46; MERLIN, Rép. voce Grâce.

2) LETI, *La vie de Charles V.* T. II. p. 350.

3) Ad *Echinadas* (*Lepanto*).

quuntur, verba legimus. «Cupientes ejus beneficij a Deo nostro Jesu Christo accepti memoriam apud posteros perpetuo manere, — — — omnibus et singulis utriusque sexus Christi fidelibus vere poenitentibus et confessis, qui singulis annis dicta die septima Octobris, a primis vesperis usque ad occasum solis ejusdem diei, . . . de victoria tunc de hostibus reportata Deo imprimis gratias egerint, — — — plenaria in omnium et singulorum peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Dominō concedimus, et elargimur perpetuis futuris temporibus valituri»<sup>1)</sup>. — Sed et actas nostra vidit illustre exemplum moris vetusti a Napoleonte renovati occasione proelii, ad Austerlitz commissi versus finem A. 1805. Cujus victoriae ut grata esset memoria, remisit Imperator operis publici poenam 386 delinquentibus<sup>2)</sup>. Caeterum sane non miremur, si nonnumquam in concedenda post foelix proelium gratia politicae magis rationes

1) Cfr. Continuatio *Miniana* Historiae de rebus Hispaniae L. VI pag. 270 sq. et M. Antónii Mureti Orat. XIX in redditu ad urbem M. Antonii Columnae post Turcas navaли proelio victos, idibus Decembbris Anno 1571. editionis Ruhnkenii T. I. p. 152 sqq.

2) BOURGUIGNON, Dict. Rais. des Lois Pénales de France, T. II. voce Grâce. Avis du Conseil d'État du 3 Jan. 1807. approuvé le 25 du même mois. Décret du 16 frimaire an XIV. «au camp d'Austerlitz.»

quam benefaciendi et ignoscendi animus, valuerint. Cujus rei testimonia praebet historia Caroli V, Frederici Electoris Saxoniae et Philippi Magnanimi Landgravii Hassiae<sup>1)</sup>). Sic et urbe Breda A. 1637 a dominatione Hispanorum liberata, inter Fredericum Henricum Principem Auriacum Baronem Bredanum, et ejusdem urbis magistratum convenit « dat alle fauten, vyantschappen ende *misdaden*<sup>2)</sup>, hoe groot ende van wat qualiteit deselve souden mogen syn — — — sullen t' eenemael vergheven ende vergheten blyven, als of die noyt gheschiet en waren.”

*Ob Principis vel ejus filii diem natalem.*

Cujus indulgentiae exempla memorantur in Chilperico, Francorum rege, cum sibi natus esset *Chlotarius*, et, ut videtur, in Ludovico Pio, cum filius *Lotharius* duceret uxorem *Ermingardam* A. 821<sup>3)</sup>.

Variis verbis gratiae beneficium indicabatur.

*Gratia, venia, remissio* promiscue occurunt,

<sup>1)</sup> LETI, Op. I. t. III. p. 212, 236, 238 sqq.

<sup>2)</sup> Bene notanda vox *misdaden*, quae in solo pacto deditiois urbis Bredae, cui peculiaris intercedebat necessitudo eum Principibus Auriacis, legitur. In pactis deditiois urbium *Sylvae* ducis et *Trajecti* ad *Mosam* memorantur quidem « offencien ende injurien ghederende dese Belegherinche,” neque vero sermo est de *criminibus*. Cfr. ANSELMO, Piaccaeten, Ordonn. enz. van Brabandt, T. I. pag. 667, 649, 666.

<sup>3)</sup> Cfr. HEINECCIUS in Vita Ludovici Germanici I, 4, 14

et Principiis clementiam (gratia et genade) significant. *Remissione* crimen homicidii extinguebatur. *Venia* (pardon) aliorum maleficorum remissionem continebat, in primis crimina a militibus admissorum. Maleficus dicebatur esse in *potestate*, in *gratia*, in *misericordia* Comitis vel domini cum vita et bonis (sie sullen seyn inde Graeven ghenaden van live ende van goede). Sic in privilegio a Flandriae Comite Philippo A. 1193 dato legitur § 24 de impetitione domus. « Ubi domus impetratur et a scabinis cognitum sit si homo occiditur, et ille, qui conductum fecit, non occiderit, reconciliabitur, et illi quem impetravit, dabit decem libras et de residuo suo erit in *gratia* Comitis et Castellani salva vita et membris.” Ita quoque in privilegio Brugensi A. 1281. « Ende essere iemene of gehouden, hie sal syn in 's Graven ghenaden van live en van goede.” Neque aliud in Hollandia. Flandriae enim, uti et patriae nostrae jus criminale juris Germanici principiis nitebatur. Fontes erant et leges antiquae et Capitularia. Delicta poenis emendanda pecuniariis leviora *forisfacta* (sorfaits) *minora*, quae vero morte plectebantur, *forisfacta magna* vel *majora*, etiam *causae arduae* dicebantur<sup>1)</sup>.

---

1) WARNKOENIG, Flandr. Staats. u. Rechtsg. bis zum Jahre 1305. T. III. Parte I. pag. 104, 159 sqq. Urk. 87. MEER-

Nec mirum itaque, gratiae usum subinde quod ad haec graviora facinora fuisse restrictum. Hinc art. 18 Chorae Zeelandicae A. 1256 cavetur. «Die moortbrant doet, of manslacht doet moortdadelicke, of yemande met laginge dootslaet, of vrouwen of Joncfrouwen verkracht, wort hi gevaen, men sal hem 't hooft ofslaen, ende van synen goede sal men die misdaet gelden, also verre als 't goet verstrecken mach. Es dat sake datti ontgaet, men salne bannen ende des lants verdriuen, ende hi en sal nemmermeer versoenen, en si bi des gheens wille daer hi jegens misdade, of biden den magen des gheens, die hy doot hevet, ende dat sal syn in 's Graven wille» 1). Quin etiam in privilegio a Philippo Bono A. 1433 laeti introitus occasione concesso, Art. 34 legitur: «dat die en sijne hulpers (van roof en schaking) verbeurt sullen hebben haer lijf en goet, zonder verdraghen» 2). Ita porro affirmat *Damhouder* 3), crimina atrociora ex ordinaria plenitude potestatis remitti non potuisse, uti laesae majestatis, stupri, criminum contra naturam, assassinii,

---

MAN, Gesch. v. Graaf Willem van Holland, T. IV. p. 126.  
VAN IDsinga, Staatsr. der Vereenigde Nederlanden volgens  
de Gesch. v. Groningen, T. II. pag. 287 sqq.

1) MIERIS I. 311.

2) ANSELMO I. 152.

3) Op. I. pag. 571 sq.

incendii, alia. Sic art. 25 Edicti de Criminibus Philippi II. A. 1570 praeципebatur, ne facile homicidii telis prohibitis admissi venia concederetur. Ita in vicina Gallia mox celeberrimum latum fuit Edictum Henrici III. (Ordonn. de Blois A. 1579 art. 195), continens graves poenas in assassinum ejusque conatum: « dont nous n'entendons donner aucune grâce ou rémission. Et où aucune par importunité serait octroyée, défendons à nos juges y avoir regard, encore qu'elle fut signée de notre main et contresignée par un de nos secrétaires d'État.»

## Caput Secundum.

### DE INDOLE JURIS GRATIAE AETATE NOSTRA.

Quaenam juris gratiae fuerit indoles jure Romano, jure Canonico, jure Imperii Romano-Germanici et jure Patrio antiquo, vidimus, satisque, ni fallor, beneficium, quod gratiae inest, indicavimus. An idem aetate nostra dicendum sit, quaeri potest. — Quamvis juris publici principia hodierna magnopere differant ab iis, quae superioribus temporibus invaluerunt, tota civitatis facies sit mutata et de fine poenis proposito recentiori in primis tempore, cum scriptores, sive jureconsulti seu philosophi, tum Legumlatores in diversas partes abierint, gratiae indoles tamen una fere eademque mansit. Alia vero accesserunt, cum ejus usu arcte conjuncta. Duplex enim elementum hujus instituti hodie cernitur, *beneficium*

et *utilitas publica*, de quibus separatim expōnamus.

§. 1.

*Beneficium.*

Una est eaque consentiens opinio omnium saeculorum de beneficio, quod jure gratiae delinquenti tribuatur. Quin enim beneficium gratia sit dicenda, quis facile neget? Gratiam et hodie beneficium esse habendam, probatur<sup>1)</sup>

a. Ejus *definitione*. Cum de gratia sensu latiori loquimur, poenam sententia judicis praevia pronuntiam subintelligimus<sup>2)</sup>; actus summi Imperantis, quo poena tota vel pro parte tollitur, gratia ipsa nominatur. Haec est notio communis, verum, ut nobis videtur, non omnino vera<sup>3)</sup>.

1) BLACKSTONE, *Comment. on the laws of England*, B. IV. c. 31. sic definit gratiam: «an act of goodness, coming immediately from his own hand, which endears the sovereign to the subjects, and contributes more than any thing, to root in their hearts that filial affection and personal loyalty, which are the sure establishment of a prince.”

2) LE GRAVEREND traité de la Légit. Crimin. T. IV. p. 312: «La grâce est la remise que le Souverain fait au coupable de la peine prononcée par les Tribunaux qui l'ont jugé.”

3) BATL, Ueber die neuern Ansichten des Begnadig. R. in Archiv des Criminalrechts von KLEIN, KLEINSCHROD und KONOPAK, T. VI. P. III. p. 87 sqq.

Toties enim, quoties de gratia est sermo, cogitamus Principi, non obstante poenae a judice irrogatae remissione, insuper competere jus, poenam aliam infligendi. Actum non talem intelligimus, qui locum habere debeat, ad quem Princeps obligatus sit; talem vero, qui fieri et non fieri possit, actum liberum, beneficium. Communis opinio, linguae usus et juris positivi historia hujus notionis veritatem demonstrant. — Recte, ut videtur, definivit gratiam doctiss. Buma<sup>1)</sup>, dicens eam esse « *remissionem . . . . poenae jure meritae, per summum Imperantem in civitate ejusve mandatarium benigne factam* »<sup>2)</sup>. Notanda in primis vox *benigne*, quae optime gratiae naturam indicat. Definitio haecce, quae actus illius indolem, ab aliis tamen liberis Principiis actibus diversam ostendit, certe melior est, quam vulgaris illa modo allata: actus, quo a Principe tota poena vel pro parte tollitur<sup>3)</sup>.

<sup>1)</sup> Diss. de Jure Gratiae, Gron. A. 1825, p. 5 sq.

<sup>2)</sup> Sic quoque KLEINSCHROD, Syst. Entw. T. II, § 108: « Begnadigung ist die aus *bloszer Gnade*, ohne das ein strenger rechtlicher Grund fordert, von dem Regenten beliebte Abweichung von der gesetzlichen Regel *zum besten des Verbrechers*. » KLEIN, Grunds. der Naturl. Rechtsw. § 520. facultatem (*Befugniss*) vocat. FEDER, vom Rechte zu begnadigen, p. 4.

<sup>3)</sup> Hinc FEUERBACHII definitione Comp. § 63, non plane gratiae beneficium indicatur. Cfr. h. l. adnotatio cel. MITTERMAIER (edit. decim. tert.)

Ut enim gratia revera sit dicenda, nulla obligatio legalis cogitari debet, quae ad illam concedendam Principem adstringat. « Haec autem vox ita accipiatur, ita pergit Cons. *Buma*, nullo jure stricto Imperantem ad gratiae concessionem in casu individuo obligari, quum penes ipsum sit judicium, an satis graves ejus tribuendae caussae in facto adsint.” — Juris, legis rigori obstat venia, clementia ejus qui subditorum quasi patroni provinciam in se suscepit. — Perperam vero donationi aequiparatur hoc beneficium, quae, uti Romani dicunt, fit nullo cogente jure<sup>1)</sup>. Nam gratia non est actus, a privati proficiscens voluntate, negotium commune inter privatos; juris publici est institutum eminens. Quo melius gratia appareat, semper in opinione vulgi poenae judicis sententia irrogatae opponi debet. Quod et observatum legimus in variis patriae nostrae Legibus fundamentalibus.

Sie in lege Imperii A. 1801 art. 53. dicebatur. « Het Wetgevend Ligchaam verleent bij uitsluiting dispensatiën van wetten, alsmede, na ingenomen te hebben het advis van het Nationaal Geregtshof, abolitie en remissie van straffen, bij Rechterlijke Sententien opgelegd.” Porro in Constit. A. 1805. Art. 29. « De vergade-

1) BAYL, in Arch. I. p. 39.

ring van Hun Hoog Mogende verleent, op voordragt van den Raadpensionaris, na ingenomen advis van het Nationaal Geregtshof, Gratie, Abolitie of Remissie van *straffen*, bij *Regterlijke Vonnissen opgelegd.*” In Const. A. 1806 art. 38. « De Koning heeft het regt van gratie, abolitie of remissie van *straffen*, bij *Regterlijke Vonnissen opgelegd.* Niettemin vermag hij dat niet oefenen, dan na alvorens de Leden van het Nationaal Geregtshof in geheimen Rade te hebben gehoord.” In Const. A. 1814 art. 49. « De Souvereine Vorst verleent gratie, abolitie en remissie van *straf*, na ingenomen advies van den Hoogen Raad der Nederlanden.”

Hinc *gratia quoque definiebatur in specimine Codicis Civilis et Criminalis, quod A. 1804 publico examini obtulerunt VV. AA. Elout et Donker Curtius* art. 30. « Eigenlijke *vergiffenis* is die *gunst* van de Hoogste Magt, bij welke zij van de gerechtelijke vervolging of straffen zekere bepaalde misdadigen ontheft”; et art. 34. « *Vergiffenis* moet niet dan zeer zelden, en om de allerdringendste redenen verleend worden.” Utitur etiam vocibus *gratiae, remissie, kwijtschelding* Codex Crim. Regni Holl. A. 1808 (31 Dec.) Art. 392 - 394. — Quae *gratiae natura, lege agnita, et confirmatur usu loquendi et significatione communi, de quibus ita cl. Thor-*

becke<sup>1)</sup>: « Gedoogt , ja eischt het woord niet , dat men het slechts vatte in dien enger , oorspronkelijken en meest natuurlijken zin , waarin het regt van gratie gemeenlijk wordt geoefend , in dien van *kwijtsehelding van straf*? ”

Sed et in Gallia loquendi usus , a Legumlatore non neglectus , beneficium indicat . Art. 595 C. Quaest. Crim. (C. d.' J. Crim.) A. 1808 reus damnatus commendabatur à la commisération de l'Empereur<sup>2)</sup>. Ita et aliquot annis ante , post magnam rerum conversionem , labante jam potestate Regia , eaedem gratiae notiones agnoscebantur. In deliberationibus , quae A. 1791 in regni comitiis (Assemblée Nationale) habebantur de jure gratiae abrogando vel servando , nominatur excellens illa praerogativa , *droit de clémence et de miséricorde , droit de faire des graces*<sup>3)</sup>. Defensor hujus instituti erat eloquentissimus abbas Maury , qui Angliae exemplum invocabat , ubi adasset quidem juratorum institutum et simul ta-

1) Aanteekening op de Grondwet (2 uitg.) art. 66, p. 159.

2) CARNOT , Instr. Crim. T. VI. p. 296 sq. (Edit. Bruxell. 1832).

3) MONTESQUIEU , Esprit des Lois L. VI C. 5 : « Les rois ne se sont réservé que les grâces. Ils renvoient les condamnations vers leurs officiers.” et L. VI, C. 16 : « Ce pouvoir que le prince a de pardonner , exécuté avec sagesse , peut avoir d'admirables effets.”

men *jus gratiae*, promittente rege in inaugura-  
tione solemnii, (utemur ipsius abbatis verbis:) «*Je  
promets de faire exécuter justice avec miséri-  
corde*»<sup>1)</sup>.

Et hodie in Gallia *gratia* vocibus *clémence*, *re-  
mise* in primis insignitur. Sic Ludovicus Philippus  
Rex in memoriam delati ante decem annos regni  
poenae partem remisit iis, qui fuerant ad trime-  
nes et poenam carceris famosam damnati; quae  
indulgentiae a regio rerum judicialium administro  
vocantur *les bienfaits de sa clémence*<sup>2)</sup>.

b. Praesertim vero in *ipso modo procedendi*  
qui vocatur, ut *gratia* impetretur, beneficii in-

1) *Choix des Rapports, opinions et discours, prononcés à la Tribune Nationale depuis 1789 jusqu'à ce jour*, T. VI,  
p. 399—416. BLACKSTONE, *Comment. IV*, c. 31: «*Justice, by the Constitution of England, is bound to be administered in mercy: this is promised by the King in his coronation oath.*»

2) *Rapport au Roi sur l'Administ. de la Justice crim. en France pendant l'An. 1839* (Monit. du 4 Juin 1841) in DU-  
VERGIER, *Coll. des Lois, Décrets, etc.* T. XLI, p. 696, 698,  
703. *Rapport pendant l'An. 1840*, (Mon. du 4 Juin 1842)  
T. XLII, p. 480, 492. De *gratiae beneficio pulcre celebratus aetatis nostrae scriptor*: «*Pour qu'à l'instant même l'horrible échafaud s'écroulât, pour que tout te fut rendu, vie, liberté, fortune, famille, il suffirait qu'il (Rex) écri-  
vit avec cette plume les sept lettres de son nom au bas d'un morceau de papier ou même que son carrosse ren-  
contrât ta charrette.*» VICTOR HUGO, *Le dernier jour d'un condamné*, Brux., 1829, p. 144.

doles elucet. Ita apud nos Art. 365 - 370 C. Q. Cr. cuivis condemnato occasio praebetur regis invocandi clementiam. Qui modus longe accuratius quam apud Gallos lege est definitus<sup>1)</sup>. Libellus supplex (verzoek, verzoekschrift) vel ab ipso reo vel ab ejus defensore vel ab alio conficitur, in quo exprimuntur caussae, ad gratiam concedendam impellentes, intra 8 dierum spatium offerendus: qua oblatione sententiae executio interea differtur. Nimirum valet et apud nos regula: *Principe deliberante nihil innovandum.*

Deponitur apud graphiarium collegii quod sententiam dixit; dies a graphiario accurate notatur; ministerio publico precum oblatio significatur. Qui libelli delinquentium supplices deinde judicio Senatus Supremi a Rege subjiciuntur secundum ea,

<sup>1)</sup> RAUTER, Traité de droit criminel, Edit. Brux. 1837, § 495—590. «Le recours en grâce actuellement formé, ne peut non plus suspendre l'execution du jugement. Le recours en grâce n'est lié à aucune formalité obligée ni à aucun délai. L'examen du recours en grâce n'est non plus soumis à aucune formalité obligée.” De defectu legis francicae querebatur Ampl. VAN RAPPARD, Aanmerk. op het ontwerp v. een Wetb. v. Strafvordering (1828) 2e stuk p. 20, 21: «Wanneer het Openbaar Ministerie letterlijk het voorschrift der bestaande wetgeving volgde, dan zou hierdoor het met allen grond aan Z. M. toegekende regt van gratie geheel worden verijdeld; want dan zou door eene dadelijke uitvoering der straf het verzoek tot gratie van eenen aangeklaagden geheel dociloos worden.”

quae Lege Imperii de jure gratiae causa exercendo constituta sunt<sup>1)</sup>.

De sorte damnatorum ad poenam capitalem totius collegii est deliberatio, de aliis poenis remittendis peculiari ejusdem collegii sectioni s. Camerae (Kamer van Gratie), quam dicunt, mandata<sup>2)</sup>.

Sic quoque in Germania libelli ope Principis clementiae commendatur damnatus. Quod variis modis obtinet. Et collegium, quod sententiam dixit, non raro vel speciali libello vel petitione, sententiae annexa, Imperantis indulgentiam invocat. Nimirum existimantur ita et legislator et judex conjuncti de casu individuo optime judicare<sup>3)</sup>. Sed

1) Art. 66 der Grondwet. DE BOSCH KEMPER, Wetb. v. Strafv. T. III, p. 644—646, et Ampl. J. C. VOORDUIN ad art. LI. Wetb. v. Strafv. T. II, p. 492—497: «Bij dit artikel zeide de Regering (Memorie van Toelichting 1836) wordt de uitvoering nog gedurende den tijd van acht dagen opgeschorst, ten einde den veroordeelde in de gelegenheid te stellen, om bij den Koning *genade af te smeeken.*”

2) Edictum Regium 14 Sept. 1838, (Staatsblad no. 36.) art. 79: «De andere Kamer (van den Hoogen Raad) neemt kennis<sup>20</sup>. Zij adviseert op verzoeken om gratie naar aanleiding van art. 67 (66) der Grondwet, met uitzondering der verzoeken om gratie van de strafse *des doods*, waarop het advies door den Hoogen Raad in eene algemeene vergadering wordt uitgebracht.” Cfr. et art. 85—87 ejusd. Edicti.

3) HENKE, Handb. des Crim. R. u. der Crim. Pol. vol. IV, p. 785.

et, uti apud nos, a defensore pro condemnato libellus supplex confici potest, in quo caussae, quae culpam minuere videantur, memorantur. Ita nuperrime Codice Quaest. Crim. in Wurtembergia lato cautum est Art. 282: «Steht ein Todesurtheil bevor, so soll dem Angeklagten innerhalb 24 Stunden nach dem Schluszverfahren auf Anordnung des Kreisgerichtes eröffnet werden, dasz, wenn er noch Gründe für seine Begnadigung zu machen habe, *er solche dem Gerichte oder seinem Vertheidiger mittheilen könne.* Dem Letzteren bleibt überlassen, das *Begnadigungsgesuch* in dem ihm geeigneten scheinenden Zeitpunkte einzureichen, wosfern solches nur geschieht, bevor das Urtheil dem Könige vorgelegt wird.” Extra ordinem vero Tribunalis licet, non solum in caassis capitalibus<sup>1)</sup>, sed et in aliis poenae mitigationem petere, si nulla crimen inter et poenam ex lege irrogandam esse videatur proportio<sup>2).</sup>

<sup>1)</sup> Codice Crim. Norvegiae (20 Aug. 1842) expresse constituitur, ut ne poena capitali plectatur reus: «bevor der König bestimmt hat, ob Begnadigung statt finden sollte,” nulla libelli supplicis mentione injecta. cap. 2, § 4.

<sup>2)</sup> H. KNAPP, Die Strafproc.-Ordnung für das Königr. Wurtemberg, Stuttgart 1843, art. 282, 432, 386.

## § 2.

*Utilitas Publica.*

Quamvis fateamur, ab omni tempore gratiam in primis inservisse ad beneficium delinquenti largiendum, atque favoris praestationem primum ejus fuisse finem, recentiori tamen aeo, omnibus fere mutatis, et in gratiae jure retinendo et exercendo non sola valuit clementia, sed et alia principia conspicua fuerunt. Personae sane delinquentis hodie minor habetur ratio, quam utilitatis publicae<sup>1)</sup>. Scilicet a politicis et Jctis jam dudum, maxime saeculo nostro quaestio agitata fuit, annon gratia utilitati publicae adversaretur et abroganda esset. Nulla fere juris materies plures habuit adversarios et defensores, licet omnes plus minusve juris gratiae utilitatem publicam agnoscerent, in primis ob legum poenarium defectus. Justitiam enim inter et aequitatem cum magnam intercedere necessitudinem, tum vero magnum discrimen, omnes vident. Poena justa quidem, quod lege sit

1) Cfr. MAREZOLL, Op. I. p. 170: « Immer aber geschieht dieses im Namen des Staates und, was wenigstens immer dabei vorausgesetzt werden muss, im wahren Interesse des Staates. » Ita et CARMIGNANI, Elem. Jur. Crim. § 427. de Principis indulgentia: — « Utrum criminis extincio vel poenae irrogatio utilitati publicae expedit? »

constituta, aequitati, justitiae naturali contraria tamen esse potest. Si igitur poenam, lege sancitam, semper exsequeremur, injuria saepius aliquem afficeremus.

Remedium itaque extat, in utilitatem publicam servatum, legis nimiae severitati succurrens, quod si caute adhibetur, potest mala lenire, legis applicatione vel inferenda vel jam allata. Sunt, qui summo Imperanti sine ullo moderamine gratiae jure uti concedant; sunt vero, qui usum ejus adeo restrinquent, ut quaestio juris potius fiat, et gratiae umbra. Quidquid ejus rei sit, ut gratia non in solius delinquentis, sed et in civitatis utilitatem post longas philosophorum et politicorum controversias legibus Imperii novissimis confirmaretur, hisce caussis et argumentis potissimum factum est:

*a. Lex non potest omnes complecti casus.*

In primis hanc ob caussam gratiae locum esse oportet. Legislator cuiusvis poenae finem primarium, ordinis socialis tutelam, pacis et securitatis conservationem, personae et fortunarum singulorum civium defensionem spectans, non nisi generali ratione definire potuit, quinam actus lege poenali prohibiti sint, quaeve poena sit delictum sequutura. Quo magis lex sit generalis, eo minus actionum particularium descriptionem continet.

Hinc lex in hac vel illa specie vel re nata plus

minusve erit injusta, saltem aequitati minus consentanea. Objiciunt quidem, si lex justa sit, applicetur; si vero sit injusta, abrogetur. Quod tamen difficultatem in futurum non omnino tollet, quuin non in quaevi singula crimina vel facta lex constituatur. Dies etenim diem docet, et innumerae sunt species, et innumeris gradus imputationis vel facti vel juris (matérialité du fait, moralité du fait). Nihil aliud est jus *gratiae* quam conciliatio legis cum aequitate in casu individuo<sup>1)</sup>, Poenarum prima est virtus, ut respondeant maleficio. Tum demum poena justa dici potest, cum ab omni parte criminis conveniat<sup>2)</sup>. At cum et

1) Secundum FEUERBACH, Lehrb. § 63, gratia anomalia inter jus constitutum (des formlichen, geltenden Rechts) et jus constituendum (materiellen, gultigen Rechts) tollitur. Hinc ipse FEUERBACH quamquam juris gratiae adversarius, fateri non dubitat hujus instituti utilitatem ac necessitatem: «als eine traurige Nachhülfe der Gesetze, als ein trübseliges Surrogat der Schlafenden Gesetzgebung.” *Kritik des Kleinschrod. Entw.* T. II, p. 247; F. C. T. HEPP, *Kritische Darstellung der Strafrechts-Theorien*, Heidelberg 1829, p. 96.

2) DE CANDOLLE, diss. l. p. 9. seq. . . BENJ. CONSTANT, *Cours de Polit. Constit. Edit. 1837*, p. 10 sq. «Les faits se rattachent à l'infini, les lois ne peuvent suivre toutes ces nuances.” Cf. vero DE DOMPIERRE, *Examen du droit de Grâce*, p. 57—60. Videantur et quae hac de re egregie disserunt paucis abhinc annis OSCAR, hodie Sueciae Rex, Ueber Strafe und Strafanstalten, Leipz. 1841, p. 13: «Es kann sogar als ‘eine Vollständigung der Gesetze in den Fällen betrachtet werden, wo der Buchstabe nicht ausreicht. Das Gesetz enthält die unbeweglichen aufforderungen der Ge-

legislatori et judici per difficile sit in quodvis crimen aequam constitutere poenam, proportionem crimen inter et poenam servare, poenae harmonia quaerenda est in gratia, quam clementia summi Imperantis maleficio concedat<sup>1)</sup>. Quo magis autem ipsa lege ea proportio observetur, eo minus hoc jure opus esse apparet. Sed vel sic tamen, etiam si civitas optimis frueretur legibus, pro ingemii humani imbecillitate casus occurrent, in quibus lex communis applicari nequeat. Lex suppleri debet gratiae actu (Begnadigungs-Act. Eine Abweichung von der gesetzlichen Bestimmung für den individuellen Fall.)<sup>2)</sup>.

*b. Experientia, historia juris docet, quid obtinuerit, gratia e civitate relegata.*

In regionibus enim, in quibus illa abrogata fuerat, variis rationibus sive potius cavillationibus minime laudandis rigori legis succurrebat. Sic Codex Criminalis A. 1791, tit. VII, art. 13 in Gallia jus gratiae ac poenarum remissionem sustulerat. Curia cassationis, ubi poena nimis dura pronuntiata videretur, studebat vitium aliquod, quo rescindendae sententiae locus esset, invenire<sup>3)</sup>.

---

rechtheit, die kalten Berechnungen des Verstandes; die Gnade hingegen ist die Stimme des Innersten Gefühls des Gesamtwohls, und dessen Herzeneingebung."

1) MONTESQUIEU, Op. I. L. VI, c. XVI.

2) GROLMAN, *Grunds. der Crim. Wiss.* § 101.

3) BENJ. CONSTANT, Op. I. p. 11; « La nécessité de cette

Quae hujus instituti, me judice, utilitatem publicam, legisque omnis poenalis inevitabile vitium satis ostendunt. Ita quoque Leopoldus Hetruriae Dux, Edicto A. 1786, 30 Nov., de legislatione criminali et de genere humano optime meritus, (inter alia poenam mortis sustulit) omnem poenarum gratiam excludebat<sup>1)</sup>. Postea vero hujus instituti utilitas denuo praevaluit.

*e. Hodierna juris criminalis conditio gratiae usum requirit.*

Caussa, cur in legislatione omnium fere regionum gratia dignum occupet locum, in eo quaerenda videtur, quod ubivis leges poenales immane quantum a perfectione distent. Multae poenae antiquae, nondum abrogatae, temporibus nostris non amplius aptae sunt, saevitiam quippe ac barbariem veteris aevi redolentes. Nam in Germania nonnullis in locis adhuc viget Constitutio Crim. Carolina A. 1532, (Peinliche GerichtsOrdnung)<sup>2)</sup>,

cconciliation est si impérieuse, que dans tous les pays où le droit de grâce est rejeté, l'on y supplée par toutes sortes de ruses. Parmi nous, autrefois, le tribunal de cassation s'en était investi à quelques égards. Il cherchait, dans les jugements qui semblaient infliger des peines trop rigoureuses, un vice de forme qui en autorisait l'annulation; et pour y parvenir, il avait fréquemment recours à des formalités très minutieuses." RAUETER, traité du droit Criminel, Brux. 1837, p. 495, adn. 6.

1) § 119, C. Crim. Hetrur.

2) Cfr. opusculum nuper editum a. cl. WÄCHTER, Gemei-

et in Patria nostrâ integer fere Codex poenalis Napoleonicus, ab ipsis Gallis 'passim' emendatus A. 1824 et 1832. Sane manente legislatione tam vitirosa, gratia malum (si malum dici possit,) levius est, quo et transitus ad meliorem legislationem præparatur<sup>1)</sup>. Quod tamen secum trahit incommoda. Quodsi gratia duritiei legis occurritur, timendum est, ne leges istae nimis diu Legislatoris inertia serventur. Ita gratia in dies magis jurisdictionem invadet, quod certe dolendum. Fieri poterit ut subinde lex durior applicetur, aliis contra gratia concedatur. Magnus libellorum supplicum numerus ad legum emendationem providum Legislatorem excitabit<sup>2)</sup>.

---

nes Recht Deutschlands insbesondere Gemeines Deutsches Strafrecht, Lips. 1844, p. 239: «Hiernach gilt, wenn man den Umsang des Deutschen Bundes zu etwas 11500 Quadratmeilen annimmt, das ehemalige gemeine Strafrecht, noch auf ungefähr 1250 Quadratmeilen, also kaum noch im Zehnten Theile von Deutschland." Cf. KLEINSCHROD. Op. I. T. II, § 110.

1) FEUERBACH, Lehrb. § 63, c. et MITTERMAIER, adm. I. TRUMMER. Crim. Beytr. zur Philos. des Rechts, p. 223 sq.

2) Ita in patria nostra (Regtsg. Bijblad p. 81—89. Tabeliarisch Overzigt van de werkzaamheden van den Hoogen Raad der Nederlanden,) inde a. d. 1. m. Oct. 1833 usque ad 1. m. Sept. 1841, Senatus Supremi deliberationi 5132 precum oblationes subjectae fuerunt; nempe 535 A. 1838; 1038. A. 1839; 1421. A. 1840; 1123. A. 1841 vel usque ad finem m. Dec. ejusd. A. 1721.

*d. Maximam certe præbet gratia utilitatem ratione criminum politicorum.*

Caussae etenim, quae gratiae usum requirunt, sunt vel juridicae a legis defectu fluentes, vel politicae. In hisce ipsi instituti nostri adversarii acerrimi usum gratiae laudant<sup>1)</sup>. Quum poena plus mali quam boni efficeret, post seditiones, coniurationes, bella civilia, remittendi jus non solum utile, sed etiam necessarium est. Profecto si tota urbs vel provincia perduellionis vel laesae maiestatis fieret rea, civitas multis insontibus, subinde præclaris civibus privaretur. Videndum igitur ne respublica salutem in aleam det, aut suppliciis exhauiatur. Si omnes, qui ope et consilio crimini participaverint, ad rationes reddendas vocarentur, plerumque denuo seditionis flammæ furentes, graviores prioribus excitarentur<sup>2)</sup>.

Crimina politica diversae prorsus sunt naturae quam delicta communia. Culpa delinquentis pendet ab eventu. Incommoda, quae gratiae, ut

1) FILANGIERI, Syst. d. Gesetzgeb. T. IV, p. 720 sq. KANT, Metaphysische Anfangsgr. der Rechtsl. p. 201, *juris talionis* (Wiedervergeltungsrecht, Gerechtigkeitstheorie) defensor.

2) CINNA (Corneille) Aet. IV, Scène III:  
«Une tête coupée en fait renaitre mille,  
Et le saug répandu de mille conjurés  
Rend mes jours plus maudits et non plus assurés!»

omni adhaerent instituto prudentiae civilis, e.  
g. impunitas, vigoris justitiae imminutio, hic  
saltem non inveniuntur. Qua de re egregie Gui-  
zot, *De la peine de mort en matière politique*,  
1822, p. 172-179. « C'est surtout pour les cri-  
mes politiques que le droit de grâce semble re-  
servé, pour ces crimes d'une nature quelquefois  
*équivoque*, auxquels se peuvent allier des er-  
reurs sincères, des sentiments dignes d'intérêt ;  
où la société ne paraît pas toujours évidemment  
et tout entière menacée, dont le péril, qui en  
est le principal élément, est dissipé, où l'exemple  
du mauvais succès enfin a plus d'efficacité que  
celui du châtiment. » Et in caussis Fisci, uti in  
politici gratiae usum laudabat ipse Napoléon,  
qui ad fratrem Ludovicum scripsisse fertur : « C'est  
dans les condamnations pour contravention aux  
lois de fiscalité, c'est plus particulièrement encore  
dans celles qui ont lieu pour les délits politiques,  
que la clémence est bien placée. En ces matiè-  
res il est de principe, que si c'est le Souverain  
qui est attaqué, il y a de la grandeur dans le  
pardon. — L'intérêt public se range du côté du  
coupable, et point de celui d'où doit partir la  
punition »<sup>1)</sup>.

---

<sup>1)</sup> Cf. Mémorial de Ste. Hélène: T. VI. 189. (ed. Bruxell. 1823).

... alioq; sicuturq; omnesq; iuris iusto  
et iustitia est. Etiamq; iustitia qd  
est iustitia qd. Quia obtrudere qd  
est iustitia qd. Etiamq; iustitia qd  
est iustitia qd.

### Caput Tertium,

#### AN GRATIA OBTRUDI POTEST INVITO?

**Q**ui hanc quaestionem, nec antea incognitam, aetate vero nostra pluribus exemplis illustrem, attigit doctiss. Buma diss. l. p. 65-76, eam ita solvit, ut omnino delinquenti jus recusandi gratiam tribueret. Utitur vero hisce argumentis, quae nobis, contrariam defendantibus sententiam, refutanda erunt.

1<sup>o</sup>. «*Gratiam beneficium est habendum quod nemini obtruditur; beneficium enim obtrusum beneficium non amplius esset*»<sup>1)</sup>.

Jam supra vidimus<sup>2)</sup>, hanc regulam, cui om-

1) Quocum facit cons. DE PINTO. THEMIS, Regtskundig Tijdschrift, (1839.) I, 130.

2) Cfr. p. 59.

nia cedere debeant, in medium proferri solere, at falso hic adhiberi. Nam quod dicitur, beneficium in-vito non dari, liberalitatem spectat *privati erga pri-vatum*, quae, uti munus quodlibet, recusari potest<sup>1)</sup>.

Juri gratiae, juris publici, utilitatis publicae instituto, neque pendent ab arbitrio ejus, cui tribuitur gratia, applicari nequit. Profecto gratia semper aliquo modo beneficium erit habenda, nullo cogente jure delinquenti datum. Nec tamen elementum unicum beneficium, reo largiendum, in gratia hodie cernitur. Gratia indulgetur alicui<sup>2)</sup>, non vero hujus solius caussa. Non in unius vel singulorum tantum favorem, in civitatis maxime utilitatem jus gratiae Lege Imperii est confirma-tum<sup>3)</sup>.

1) Cfr. SCHULTINGII Notae ad Pandectas ed. SMALLenburg, T. VII. parte II, ad l. 69 D. de R. J.

2) Cfr. *Diarium Arnhemense* (26 Nov. 1844.) no. 235  
« De genade wordt verleend aan en niet om een persoon.”

3) Cfr. V. V. C. C. CARMIGNANI, MAREZOLL, l. I. *Dia-rium Arnhemense* (5 Nov. 1844.) no. 219: « Toen de Grondwetgever het innemen van dat advies als voorwaarde voorschreef, onderstelde hij dat het zoude worden uitge-oefend naar een vast beginsel, niet naar de luim van het oogenblik, of naar persoonlijke afkeer of toegenegenheid. Dat beginsel is *Publiek belang*.” Horreum Politicum, cui no-men de *Tijdgenoot* (30 Nov. 1843.) « Waarom moet de Hooge Raad, en juist niet de Minister worden gehoord? Omdat de makers dier Grondwet het van het hoogste belang re-kenden, in zulk eene gewigtige aangelegenheid als de ma-

Quodsi consideres, quibus cautionibus Lege Fundamentali restrictum sit ipsius Regis in largienda gratia arbitrium, contendi posse videtur, neque ipsius Regis, nendum delinquentis jus circa gratiam tale esse, quod referatur ad jura, de quibus liberum et indefinitum utriusque sit judicium. Non est gratia rebus alienabilibus adnumeranda.

20. «*Non liquet quomodo fini poenarum attinendo aptum haberi possit, delinquentem poena afficere, quam sibi, cum legem violare decreverit, ob oculos ponere et a proposito desistendi causam sumere non potuit.*”

Quae defensio certe non eo porrigetur, ut delinquens omnium legum criminalium poenarumque specialium accuratam habeat cognitionem. Rariora sane sunt exempla delinquentium, qui leges criminales ita calleant, ut ille, qui dixisse fertur: «*Je connais mon code, je ne commets aucun crime qui emporterait la peine de mort*”<sup>1)</sup>.

terie van gratie, den Koning te doen voorlichten door het hoogste regterlijke Kollegie, dat geheel buiten invloed van buiten oordeelt, zaken beoordeelt en nooit personen op den voorgrond stelt; terwijl ieder Minister of ander ambtenaar in de verzoeking kan komen, om, wegens medelijden, te menschelijk gevoel, of om verschillende andere redenen, den Koning ligtelijk iemand ter bekoming van gratie te kunnen voordragen, die somwijlen geene gratie had behooren te bekomen.”

<sup>1)</sup> ASSER, *Vlugtige beschouwing van eenige voorn. beginselen des Strafrechts* (1827.) p. 79.

Sufficiet generaliter delinquenti fuisse notum, factum aliquod lege prohibitum esse, poenamque in id constitutam. Plenior legum poenalium scientia a nemine, qui rei difficultatem perpendat, requiretur<sup>1)</sup>. Absurdum esset, si ob hanc legis poenalis imperfectam notitiam gratiae rarer foret usus, cum contra defectus iste plenioris scientiae praecipua caussa sit, cur crimina non magis antevertantur. Si enim omnes cives accurate scirent, quid mali cuivis immineat male agenti, ipsius legis efficacior foret vis. Praeterea delinquens, maleficium aliquod perpetratus, poenam determinatam ob oculos sibi nec ponit, facti impunitatem quippe sperans, nec ponere potest. Omnia, quae noxiā minuere vel augere possint, ad quae judici, hujus rei perito, attendendum erit, a delinquente praevideri nequeunt, cum ne certus quidem sit de iis, quae in ipso scelere sint evenitura. A priori igitur ita ratiocinari nequit: «eatenun, nec longius mihi procedendum erit, nisi in hanc vel in illam poenam incurrire velim.» Poenarum gradus lege continentur; temperantur prout in specie hac vel illa adsint criteria, judicium quidem religioni, nec vero delinquentis opinioni relicta.

---

1) Cfr. vir graviss. J. A. WEILAND, *Over de veronderstelde regtskennis der Staatsburgers in betrekking tot de strafwetten*, in *Bijdragen tot de Wetenschap der strafregtspleging*, Delft 1826.

Negandum quoque est damnato *jus quaesitum*<sup>1)</sup>, quod vocant, in poenam, ubi sententia in rem iudicatam abierit, ita ut Princeps, praerogativa utens, aliam poenam infligere invito nequeat<sup>2)</sup>. Qui enim praerogativam adeo limitant, reum ita loquentem inducere videntur. « Propositorum mihi fuit maleficium aliquod admittere, legem violare. Poenam jure, i. e. secundum legem meritam incurri, unde jus in eam adeptus sum, quod nemo mihi adimere potest.” — At qui ita bene novit leges, scire et debuit, Principi jus gratiae esse tributum, cui et judicis sententia subjaceat, unde de irrevocabili ejus exsecutione damnato persuasum esse non potuit. — Jus quaesitum reo aliud non est nisi hoc, ut legitimus sit juris gratiae usus, ut intra fines legum poenalium subsistat Princeps, neque per latum lubidinis campum va-

1) Quod ipsi vindicare studet Cons. DE PINTO, *Themis* p. 130 seq. « En dat de veroordeelde een verkregen regt heeft om geene zwaarder straf te ondergaan, dan die welke hem volgens de wet is opgelegd, terwijl het aan hem alleen te beoordeelen staat, of die welke men hem daarvoor in de plaats aanbiedt, zwaarder of lichter is. — De ter dood veroordeelde heeft nog één regt, dat van den dood der schande te sterven op het schavot. En waarom zouden wij dit treurige regt niet erbiedigen? Waarom zouden wij wreed genoeg zijn hem ook dat te benijden en te ontzeggen?”

2) Abnegat reo tale jus HENKE, Op. I. T. IV, p. 787.

getur. Sed et jus quae situm habere dici possunt cum ipsa civitas, tum singuli cives vel directe, vel indirecte laesi in poenam lege constitutam, nimis ut reo irrogetur<sup>1)</sup>.

30. *Qui deliquit poenam scivisse intelligitur lege constitutam et in illam consensisse, non vero in aliam sive graviorem, sive leviorum. An autem poena ea sit gravior, num vero levior quam lex minata est, hac de re iudicium non est penes Imperantem, sed vel praecipue penes delinquentem, qui mitigationem poenae, quae aliis censetur, exasperationem habere poterit, quique injuste tractabitur, si, contra legem, poena, secundum suum arbitrium, severiori afficiatur.*

Consensus delinquentis nulla esse videtur aut utilitas aut necessitas. Promittit certe civis, aut promissores praesumitur, se omnem operam esse daturum promovendae societatis civilis conservationi ac felicitati; de ejus eversione, de singulorum sociorum caede vel laesione cogitasse aut pactum iniisse, non ita facile intelligitur. — Poenarum quidem catalogus, lege constitutus, declarat quae poena gravior, quae vero levior sit habenda. Quod si ita sese non haberet, ex arbitrio poenae omnes applicarentur. Delinquentis vero hac de re nul-

---

1) TRUMMER, Crim. Beytr. T. III, p. 224—226.

lum debet esse iudicium. Electio Principis est libera, cuius prudentiae politicae ac conscientiae relinquendum erit, poenam revera leviorem, quae lege designatur, delinquenti irrogare.

Nihil dubii sane inest constitutioni Legis Fundamentalis nostrae Art. 66. »De Koning heeft het regt van gratie na ingenomen advies van den Hoogen Raad der Nederlanden“<sup>1)</sup>. Scriptura est clara et absoluta. Ne verbum quidem de delinquente, ne dum de precum oblatione, quā demum locus sit gratiae. Unica adjicitur conditio, nimirum opus esse consilio Senatus Supremi.

Quod omnino confirmatur instituta collatione Art. laudati cum Art. sequenti, quo Regi jus solvendi a lege tribuitur. Hic expressa conditio additur, tales dispensationes ope libelli supplicis

1) Quæstio mota est nuperrime, an Rex Senatus Supremi consilio obsequi debeat. Cfr. *de Tijdenoot* (30 Nov. 1843;) et *Weekblad van het Regt* (7 Dec. 1843). Regi utique nonnisi ob graves caussas, praecipue politicas, a collegii consilio erit deflectendum. «Maar indien nu dat hoogste regterlijke Kollegie, na onpartijdig, gemoedelijk en allernaauwkeurig onderzoek, zoowel in het belang van den Staat in het algemeen, als der veiligheid der burgers in het bijzonder; zoowel uit een juridiek als zedelijk oogpunt, den Koning adviseert die gratie niet te verleenen, dan vragen wij, indien Z. M. evenwel gratie verleent, waartoe Hoogstdezelve het grondwettig regt heeft?» (*Tijdenoot*.)

eorum, quorum intersit, esse efflagitandas<sup>1)</sup>. Scilicet juris gratiae et dispensationis diversa natura verbis indicatur: »*op bepaald verzoek van bijzondere personen*». Uti dispensatio privatorum favorem ac commoda spectat, et potentibus tantum conceditur, sic gratia utilitatis publicae, politicum institutum et non petenti, quin adversanti praebet beneficium.

Iisdem, quibus dispensatio, principiis nititur restitutio in integrum, (*rehabilitatie*) quae non nisi petenti indulgetur<sup>2)</sup>.

Praecepta, quae art. 367—371. Cod. Quaest. Crimin. leguntur, opinioni nostrae non obstant. Cavent illa de sententiarum executione differenda, dum de precum oblatione ac gratia concedenda deliberet Rex. Generaliter vero loquitur Lex Fundamentalis: non distinguit, utrum libellus sup-

<sup>1)</sup> Art. 67 der Grondwet: «Behalve de gevallen, waarin het recht van dispensatie aan den Koning bij de wet zelve wordt toegekend, verleent dezelve ook... dispensaties op bepaalde verzoeken van bijzondere personen, wier belangen... geblyken zijn zoodanige vrijstelling van wettelijke bepalingen in billijkheid te vereischen.» Cfr. et II. VOLLENHOVEN, Diss. continens Quaestiones Juridicas, L. B. 1839. Quaestio 30. «Num Regi condemnato non roganti, imo recusanti, gratiam obtrudere liccat? p. 59 sq.

<sup>2)</sup> Art. 74—81 L. I. Tit. VIII. Codicis Poenalis Batavi futuri, et art. 619—634. C. d' J. C. de la Réhabilitation des condamnés.

plex fuerit oblatus, nec ne; cui constitutioni generali, absolutae lege peculiari, communi derogari non potuit. In Codice Quaest. Crimin. vulgaris casus subintelligitur, vel ipsum damnatum, vel conjugem aut propinquos Regis clementiam invocasse. Quod speciem extraordinariam non excludit, nec prohibet, quominus Rex proprio motu intercedat.

Quod et jure Romano obtinuisse, supra monimus 1). Sed et species, quae in lege 6 D. de appellationibus 2) occurrit damnati, provocationem responentis et perire festinantis, in quaestione nostra solvenda utilitatem praebet. Si nempe ad mortem damnatus, vitae taedio sententiae acquiescens appellare nollet, provocatio aliorum non excludebatur; supplicium, invito licet delinquenti, differebatur. Quodsi ex principiis jurisprudentiae hodiernae exemplum appella-

1) Pag. 8, 9.

2) Ulpianus I. 6. D. de appell: et rel. (XLIX, 1.) « Non tantum ei qui ad supplicium ducitur, provocare permittitur: verum alii quoque nomine ejus, non tantum si ille mandaverit, verum quisquis aliis provocare voluerit: neque distinguitur, utrum necessarius sit, necne: *credo enim humanitatis ratione omnem provocantem audiri debere*: ergo et si ipse adquiescit sententiae, nec querimus, cuius interstit. Quid ergo, *si resistat*, qui damnatus est, adversus provocationem? Nec velit admitti ejus appellationem, perire festinans? Adhuc putem differendum supplicium." Quam legem quoque citat WÄCHTER, Lehrb. des Röm. Teutschen Straf. I. p. 202.

tionis minus aptum videatur, cum appellatio a parte condemnati, gratia a parte Principis obtineat, Ulpiani auctoritate utentes respondebimus, humanitatis ratione audiendum non esse qui perire voluerit.

Idem principium movisse Legislatorem Francicum docetur iis, quae art. 595 C. Quaest. Crim. continebantur. Curiis enim specialibus, quae dicebantur, licebat inscio damnato ob graves causas apud Imperatorem intercedere<sup>1)</sup>.

Quae spontanea Principis intercessio certis tamen finibus circumscribitur. Profecto Lex Fundamentalis, quae arbitrium in jure gratiae exercendo ita restrinxit, ut Senatus Supremi prudentiâ Regem uti vellet, eum et poenarum catalogo ad strictum esse volebat, neque poenam lege incognitam legitimae substitui<sup>2)</sup>. Cujus legitimi prae-

1) « La cour après la prononciation de l'arrêt, pourra, pour des motifs graves, recommander l'accusé à la commisération de l'Empereur. Cette recommandation ne sera point insérée dans l'arrêt, mais dans un procès-verbal, séparé, *secret*, motivé, dressé en la chambre du conseil, le ministère public entendu et signé comme la minute de l'arrêt de condamnation. »

2) Contrarium defendit VOLLENHOVEN, diss. I. quaest. 2<sup>a</sup>. « Num Regi poenam a judice irrogatam commutare licet in malum, legibus nostris non in poenarum numerum receptum. » pag. 52—56. Quem recte refutavit DE PINTO, Op. I. pag. 129 sq.

rogativae usus saluberrimus effectus manifestus est. Etenim si Princeps poenarum catalogum observaverit, omnia fere, quae contra juris gratiae usum, invito damnato, afferuntur, continuo evanescunt.

Quae necessaria legitimi et arbitrarii gratiae usus distinctio placuit paucis abhinc annis in Wurtembergia, referente locuplete auctore Hufnagel<sup>1)</sup>, supremi Tribunalis judice, et novissimum legum criminalium interprete. Verba enim in Specimine Codicis Wurtembergici obvia: «Der König kann vermöge des Begnadigungsrechts die durch ein verbrechen verwirkte strafe, nachdem sie zuerkannt worden ist, erlassen, sie in eine andere mildere gesetzmäßige strafe verwandeln und die begonnene Vollziehung einstellen,» ita explicat, ut commutationem poenae faciendam esse secundum legis praecepta dicat<sup>2)</sup>.

Quaesitum tamen fuit in Concilio Ordinum Regni, num *consentiente damnato* a poenarum catalogo deflectere liceret. Quod affirmabatur<sup>3)</sup>. Caeterum et alio nomine memorandae sunt Le-

<sup>1)</sup> Commentar über das Strafgesetzbuch für das Königreich Württemberg, Stuttgart, p. 283—290.

<sup>2)</sup> Cfr. HUFNAGEL, Op. I. pag. 285: «gesetzmäßige . d. h. nur in eine der nach art. 8 des Strafges. zulässigen Strafen verwandelt werden können.»

<sup>3)</sup> HUFNAGEL, p. 286 sq. Contra RAUTER, Op. I. no. 861. DE BOSCH KEMPER, Op. I. pag. 639. DE PINTO, p. 129.

gislatorum Wurtembergiae deliberationes. Quae-stioni nostrae, num damnato jus sit gratiam, a Rege intra justos fines, habita ratione catalogi poenarum, tributam detrectandi, negando responderunt. Quin etiam nonnulli solvenda omnis dubitationis caussa, suadebant legem esse ferendam ita scriptam: «Der Begnadigte ist *verpflichtet*, die Begnadigung an zu nehmen. Die strafe, welche durch die Begnadigung an der stelle der zuerkannten gesetzt ist, hat alle rechtlichen Folgen und Wirkungen einer von dem Richter zuerkannten strafe»<sup>1)</sup>). Unde et jureconsulti Mohl defenditur sententia, quae aliis forsitan durior videatur, ita statuentis: «Auf den willen des Verurtheilten sich begnadigen zu lassen kommt nichts an; der König hat das unbeschränkte *Recht* zu begnadigen, also der Verurtheilte die *Pflicht* sich *begnadigen zu lassen.*»

Certe quo major juris gratiae est utilitas, ita ut institutum potius juris publici dicendum sit, quam beneficium delinquenti oblatum, cui ipsi renuntiare liceat; quo major adeo subinde poterit esse hujus instituti necessitas, maxime in caassis politicis, republica perturbata, eo minus sententia a Cons. Buma aliisque propugnata sequenda

1) Staatsr. des Kön. Würtemberg, T. I. p. 209.

nobis videtur. Si utilitatis publicae causa jus Regi tribuit Lex Fundamentalis excellens, quo in reipublicae commodum utatur, quo odia intestina ac discordias, quoad ejus fieri possit, leniat vel sopiaet, tolerandus non est conflictus Regem inter et subditum pertinacem<sup>1)</sup>, qui supplicii capitalis irrogationem poscat. Quae principia si Anno 1619 in patria nostra valuissent, tristis memoria ad tempora nostra non pervenisset mortis septuagenario Barneveldio inflictæ<sup>2)</sup>..

Quod de non detrectanda gratia defendimus, de *amnestia* saltem esse affirmandum, nostra aetate visum fuit judicibus Franciae<sup>3)</sup>. Politicam inpri-

1) Rescriptum Regis Borussiae A. 1813 relatum vide apud MITTERMAIER ad FEUERBACHII Compendium, § 63.adn. 5; quo pronuntiavit rex, damnato non licere irrogationem poenae capitalis exigere.

2) BRANDT, Historie van de Rechtspleging, p. 135: « De toeleg van pardon te versoeken afgewezen synde, ging men met het vonnis voort.”

3) Cfr. Journal du droit criminel ou Jurispr. Crim: du Royaume, par MORIN, CHAUVEAU et HÉLIE 12<sup>ème</sup> Année, p. 239-235. Art. 2665. Revue. Amnistie, p. 232: « Le bénéfice de l'amnistie peut-il être refusé? » Dans un Arrêt du 25 Nov. 1836 la Cour de Cassation avait dit que l'amnistie était une *faveur*, que des prévenus, qui soutiennent n'avoir commis aucun délit, sont libres de ne pas invoquer. Mais, depuis une Jurisprudence contraire a prévalu. Vainement le prévenu, accusé ou condamné dirait qu'il lui importe de se justifier ou que son acquittement doit établir la *concorde*, puisque tel est le but et tel doit être l'effet de l'amnistie.” C. de Cass. 11 Juin 1841.

mis spectandam esse in beneficio rationem ac naturam dicebant.

Neque objiciat quis nonnumquam poenae commutationem non ex sola delinquentis opinione, sed et aliis parum optabilem videri, quin poenam substitutam subinde reputari graviorem illa, quam judex pronuntiaverit. Quod si locum habeat, si gratia non facile in specie beneficium sit dicenda, erit hoc vitium, emendatione legis tollendum, poenis severioribus, genio populi minus accommodatis, abire jussis. At rigor juris constituti liberum praerogative exercitium impedire nequaquam potest. Gratia beneficium semper erit reputanda, quoties Princeps poenam, quam lex gradu mitiorem declarat, elegerit. Tum demum jure delinquens resistet Regis voluntati, quum hic praecepta legis Fundamentalis et communis spreverit, praerogativa non usus sed abusus, poena electa, quae forsan Regi beneficium videatur, sed cuius aestimatio, deficiente lege, plane incerta sit.

...m et admodum officiale et illis ordinacionibus  
et tunc illi. Procedentia et iurisdictio  
admodum ampliata est et ratiocinio vapor.

Ius, quodcumque illius potestos et hoc ministrorum  
dissimilium cum fratris collatione diverso esse in  
hius etiam cum aliis dissimiliis malorum ministeriorum  
in "Iustitia et iure 1609". Interrogacione q[uo]d  
Ius, quodcumque illius ministrorum dissimile esse in diverso  
commodis regi consilabatur, modice con-  
tra informationem suam iniquo obire, indicaverat  
et hoc in libro II statim etiam sicut etiam et  
poterat per collatum ministerio servitum  
commodum, obiret utrumque ministerio altero  
-modo in diverso et hoc diverso, etiamque  
poterat obiret utrumque hinc dissimilium  
statim etiam etiamque ministerio altero  
non erit regis et iuris dissimilatio ut ministerio  
huius ministrorum, obiret utrumque ministerio  
alio, obiret utrumque Ius, ministerio ministerio

... et hoc etiam utrilibet ministerio regi utrilibet  
ministrorum, potestos et illis ordinacionibus  
huius etiam etiamque ministerio altero  
statim etiam etiamque ministerio altero  
poterat obiret utrumque ministerio altero  
non erit regis et iuris dissimilatio ut ministerio  
huius ministerio altero, obiret utrumque ministerio  
alio, obiret utrumque Ius, ministerio ministerio

legis, aliquid post sententiam non permissum erit.

## T h e s e s .

### I.

**I**nter fontes legum decemviralium Graecas leges habendas esse, defendimus.

Non adsentimur clar. Mühlenbruch Doct. Pandect. § 161 statuenti, restitutionis in integrum caussae cognitionem et decreti solemnis interpositionem in solam formae speciem abiisse.

### III.

Coheres, qui partem suam hereditatis vendidit, cuique accrevit portio deficientis coheredis, portionem hancce ex principiis juris Romani emtori non debet.

## IV.

Jure nostro liberi naturales, nisi actis authentis agnosci nequeunt.

## V.

Praeterlapso quinquennio venditori ad rem venditam retro emendam concesso, illud producere emtori licet.

A conjuge absentis, bonorum communionem servare cupiente, cautio non exigitur.

Verbo *bevoorregt* Art. 80 Cod. Merc. jus pignoris significatur.

## VIII.

Exercitores navem cum naulo dedere possunt propter obligationes, a magistro tamen ex contractu, quam ex delicto contractas.

## IX.

Jure gratiae, quod Lex Imperii (Art. 66) tribuit Regi, abolitio post sententiam continetur.

## X.

Delinquenti gratiam recusare non licet.

## XI.

Recte Lex Imperii (Art. 57), statuit, Regem sine consensu Ordinum Generalium, tempore pacis nec alienare nec permutare posse Regni aut coloniarum partem. Ut de acquirenda ditione eodem modo caveatur, necesse videtur.

## XII.

Verba Art. 2 Cod. Poen.: «manifestée par des actes extérieurs» Legislator Francicus Aº. 1832 immerito rejecit.

## XIII.

Abrogandus est navium praedatoriarum usus.

## XIV.

Minus recte Codice Quaest. Crimin. Batavo judici  
denegata videtur facultas, interposita cautione, reum  
carcere liberandi.

## XV.

Deportationis poena non videtur probanda.

## XVI.

Heic lex Iuris (A. 17) statuit, Hoc  
sit consensu Ordinis Generalem, tamquam legi  
particulari, esse legitimam, quae obligari est, ut  
prioribus bursis, ut ad dubitatae rationes, et  
modis levioribus, vocare arbitriu-

## XVII.

Vixit breviter A. vii. Gen. Mer. f. 10.  
Vixit A. 2. Corp. Post: Annal. Reg. 1552  
etiam sacerdotem. Iuris A. 1552  
VIII.

Extrahitur namque ex H. 2. statu possunt  
propter obligationem, d. magistrorum ex communione  
quodcumque de universitate vel universitate.